

PROOEMIUM.

Verba Blō
di.

S. Gregori

Wandali in
seruitutem.

Saxones ser
uarūt uoca
bulū Wā
lorum.

Wandali &
Sclauī ijdē

Wandalicæ
urbes hodie

Lubica.

uorum reliquie apud Saxones, quorū coloni maiori ex parte purā habent
qua Dalmate nunc utūtur, Sclauonicā locutionem. Hęc sunt uerba Blō
di Romani scriptoris: que, etsi omnia ad liquidum non probo, in hoc mi
hi satisfaciunt, q̄ testantur eandem nunc esse linguam Polonorum, Bohē
more, Dalmatarū, que est in reliquijs Wandalarū inter Saxones. Nam &
hec cōmonstrant, non Bohēmos ex Dalmatis, sed Dalmatas ex Bohēmis
& cōteris Wandalis, esse profectos. Cuius rei apertissimus, fidelissimus
& maximus testis est Beatus Gregorius Papa, qui, cum Sclauī Histrie im
minerent, eius prouincię scribit Episcopis: Equidem de Sclauorum gente
que uobis imminet, quod audio, me affligit uehementer, & turbat: affli
gor, in his que in uobis iam patior: cōturbor, quia per Histros aditū iam
in Italiam tenere ceperūt. Hęc ideo reteximus, ut unam esse gentem Polo
nos, Bohēmos, Dalmatas, Histriosq; doceremus: quos nostri Sclauonos,
ueteres uero nomine dixere Wandalos. Hoc aut̄ uetustissimū totius gen
tis uocabulū in solis nostrę regionis hominibus inter Saxones permansit
ut uel soli Wandali dicerentur, qui ad Mare Germanicū olim habitabant
nūc terropulsi in mediterranea, & ad magnā raritatē perducti in seruitutē
ultimā, & omniū cōtemptū, peruenerūt: quod inde potissimū euenit, nam
acerrimus quisq; ubi contemptū & seruitutem exhorruit, se proximis im
miscuit nationibus, linguā gentis perdiscens, ut euaderet grauissimū serui
tutis iugum. Mira rerū cōuersio, ita gentem nūc haberi cōtemptui, cuius
patres res magnificas infra memorandas, exantlauērūt: Hodie tñ, que fue
rit olim gens Wandalarū in uniuersum ignoraremus, nisi uernacula Saxo
num lingua hoc uocabulum conseruasset, ut inter eos qui olim Wandali
fracto, ut fit, uocabulo nūc Wenden uocitentur. Ea gens ad mare Germa
nicū a ueteri ciuitate Holsatię que illorū lingua Starigard, Saxonū uero,
Oldenborch uocitata, per Germanici maris littora, orientem uersus usq;
in Prussiam (que olim Sarmatię pars erat, nunc uero ānumerať Teutonię
& legibus & lingua) pertingit in Poloniam & Russiam.

LIBRI PRIMI CAPVT I.

In hoc autē maritimo tractu Wādalicę ab olim a Wāda
lis, quos Sclauos etiam nostri dixere, habitato, nūc uero
a Saxonibus occupato, floruerūt ab olim aliquot splen
didę urbes, quarū erat tāta potētia, ut potentissimo Da
norū Regi sepe cōfligerent: nūc partim funditus euerse
partim ad uillarū rusticam uilitatem redactę marcuerūt.
Sub Saxonum autem gubernaculis alię locis alijs extru

ctę nūc potissimū, propitio Deo, florent: que uetus regionis nomen etiam
ipse non erubescunt, usq; hodie appellatę Wandalicę urbes: quarū cōme
moratione, hūc de Wandalis tractatū alacrius suscepi: ostensurus, quid ab
olim ea natio gesserit rerū, & in quos principes effloruerit, quas etiā urbes
nūc insignes habeat is maris tractus: Quarū ab occidua parte, ut inde ordi
amur, Prima, & omniū florentissima est totius maritimę Saxonię, & infe
rioris Germanię decus & corona Lubica, Imperiali exemptione p̄dita a

LIBRI PRIMI CA.

memoria Diui Frederici. II. Imperatoris. Omniū mercatorū huius regio
 nis ab omni mūdi plaga uelut in centro collocatū emporiū. Proxima sur-
 sum orientē uersus Wismaria est, ditionis Magnopolēsis, nō cōtemnēdū
 opidum, sed ante, q̄ nūc fortunatius. Cui deinde succedit Rostockiū, eis-
 dem nūc principibus parens, ab olim suū dominū agnoscebat: pulchro li-
 terarū gymnasio etiam nūc florente, insignis urbs. Hanc in eodem littore
 sequitur splendidum opidum Stralesunda, iam Pomeranię Duci parens,
 olim suū habēs principē, quē Ducem dixere Bardensem, populosa nihilo-
 minus urbs, & multis mercatoribus frequens. Quam deinde eodem litto-
 re excipit Gripeswaldum, opidū non silendū, quod & ipsum literarū fouet
 gymnasium, magno patrū conatu fundatū, sed ciuilibus malis diu laborās
 extenuatum. Plura deinde opida, olim Wandalico ritu florētissima, nunc
 ad maximā exilitatē tenuata. Sūt enim opidis, ut hominibus, sua fata: sunt
 stata tēpora, quibus euolutis paulatim decidūt: Cui rei memorabile exem-
 plum ea regio prodit, Opidū Iulinū, olim nulli clarissimarū urbiū secundū
 multas etiā preclaras opibus & structuris exuperās, nunc qua cerni potest
 tenuitate cōtractū. Inter Wādalicas urbes & Hāburga numerat, ad oc-
 ciduum a Lubica super Albim fluumium edificata: Sed illa ab omni literarū
 memoria Saxonie fuit iūcta, & post illā multis seculis que supra memorā-
 tur sunt extructe: quod suis locis infra monstrabitur. Et qm̄ in uetustissi-
 mis rebus, ubi reliqua nulla est in literis memoria, cōiecturę fit locus: oēm
 ego Holsatiā & Stormariam, in cuius solo fundata est Hāburga, Marso-
 genti deputādū puto, que in solis palustribus nomē seruauit: in arida autē
 habitātibus, hoc nomen permisit, ut ad suę gentis aliquale in solo differēti-
 am Holsati dicerent, qui per uicina nemora usq̄ ad terminos Wagrię dif-
 fundūtur. Stormaria uero, quasi Storemarsia sit appellata: unde pro Mar-
 sia Maria sit inolitū, ut fit, uerborū detorsio. Omnis autē ea Marso-
 Saxonie ab omni literarū memoria fuit ānumerata, & perinde Hamburga
 & si Wādalica urbs a solo non sit, multis tñ in rebus socia est urbibus me-
 moratis: olim comitibus, nunc principibus Holsatię subiecta. Luneburga
 quoq̄ in hac Wādalicarū urbium societate numerat, propter altrinsecā ha-
 bitatorum in mercaturis cōmunionem: urbs pro sua magnitudine, & opi-
 bus & splendore insignis: paret principi, qui ab ea titulum habet ducalem.
 Hanc autē Wandalię prouinciā primā posui, q̄ in ea pene sola, uetus gentis
 uocabulum conseruatur.

CA. II.

Am sequitur Russia, quam Plinius uocat Roxilanam siue Roxa-
 nam: Strabo quoq̄, Roxanos siue Roxos, unde nūc effractū est,
 ut dicamus Russos. ad aquilonem facit spectantes, inter Tanaim
 & Boristhenem, cāpestriacq̄ pascuntur. Vniuersus autē aquilonaris a Ger-
 mania usq̄ portas Caspias tractus, cāpester est, qui nostras ad aures cogni-
 tionēq̄ puenit. num uero qui supra Roxanos habitent, ignotū est nobis.
 Roxani quidē aduersus Mitridatis Eupatoris ductores belligerarūt, qui-
 bus Imperator erat Tasius. Aduenerāt autē Palaco Sciluro socij, cūq̄ pu-
 gnacissimi iudicarent, cōtra instructā egregie phalangem & armis orna-

Lubice
 tium liber-
 aris.
 Wismaria
 Rostockium
 Stralesunda
 Gripeswaldum.
 Fata opidis
 ut hoibus
 Iulinū opi-
 Hamburga
 Marso-
 Holsati-
 Stormaria-
 Luneburga
 Russia
 Russię situs.
 Tasius.

- **Diophantus Dux.** **Nomades.** **Strabonis uerba.** **Sauromatae & Sarmatae.** **Bellum nostra aetate.** **Musgouia urbs.** **Neuguardia urbs.** **Plesgouia urbs.** **Poloniae descriptio.**
- **tam natio barbara omnis infirma prorsus apparuit & nuda fere, Illi igitur**
quinquaginta milibus consistentes, aduersus milia sexaginta militariter in-
structa, ductu & auspicio Diophanti ducis Mitridatici resistere ac suffere
re non ualentes impetum, maxima ex parte trucidati sunt, utuntur autem gales-
is, ex crudis bouum cornibus, thoracibus & scutis: ad percutiendum autem, lanceas
habent, arcusque, & gladios: relique fere huius gentis plures Nomades, ete-
nim tentorijs utuntur Teutonum instar, pilo contextis, in plaustris uitam de-
gentes, circumque tentoria pecora comitantur, a quibus uictum capiant, &
aluntur lacte, caseo, carne: pasua uero sectantur, loca semper herbosa permu-
tantes: hibernis quidem temporibus, Meoticis uersantur in paludibus: estia-
uis uero, per caepetria uagantur. Libuit de Roxilanis, Roxanis siue Roxijs
Strabonis uerba ponere. Eam uero nunc regionem, pulsus retro Roxijs, Tar-
tari tenent, qui necdum tercentenis annis habitauere, erumpentes sub Fre-
derico de Caspijs portis, adhuc nomades, hoc est tentoria habitantes, e pe-
coribus uitam ducentes. Qui uero aquilonem ad nos incolunt, olim Sau-
romatae, & paulum inclinato nomine, Sarmatae dicti, Russi sunt, Letuani, &
Poloni: magne nationes, in quibus maxima est Russia: diuisi in Albos &
Notos. Maxime huius gentis nationi hodie imperat magnus Musgouie
princeps, Christianus utique, sed ritum sequutus Orientalis ecclesie: qui im-
perium propagauit in Liuonie fines, hodieque pertinax gerit bellum aduer-
sus magnum Letuanie principem, de domo Polonorum, Alexandrum: Cui
bello socij Liuones, cum Magistro per Liuoniam, fratrem ordinis beate Ma-
rie, Teutonicorum, accessere: Tartarorumque non parua manus, in hanc partem
militans, oppugnat Russum: cuius belli exitum, necdum uidimus. Huius ue-
ro gentis acta, ab initio recensere, non suscepimus: quod nulli eorum, si qui extant
annales, ad nos peruenere: Non debuit tamen silentio preteriri, quod magna
portio est Wandalice gentis, quam de tenebris in aliquantam lucem deuoca-
re conabor: sicubi tamen rerum quarundam intercidit memoria a Russis, non
preteribimus. Preclaras habet urbes, Musgouiam, nunc regni caput, quam ne-
mo se uidisse letatur: Nam, qui nuper ex nostris mercatoribus eo sunt capti-
ui perducti, post laxamenta patriam repetituri, magna intercepti tempesta-
te, in mari perierunt. Paret illi nunc principi, magna illa Neuguardia, cuius
opes & uires, ipsi habitatores cum metiri non possent, sumpsere prouerbi-
um: Quis potest contra Deum & magnam Neuguardiam? Ioannes certe
modernus Musgouie princeps potuit, qui captam, expilauit: ciues maiores
abduxit, & remisit habitatores ex sua prouincia, quo magis parerent, nec
de rebellionem aliquam cogitarerent. Deinde in ea prouincia uersus Liuoniam Ples-
gouia est, urbs non contemnenda, Teutonico ritu muris ac moenibus instru-
cta, sed intus pro more regionis lignea: quam estate proxima fuerunt a Liuoni-
bus & Letuanis oppugnata: sed exitum rei necdum conpertum tenemus. III.
Roxima Wandalice gentis portio, Polonia est: que a planicie no-
men accepit, ad discrimen Bohemie: que, ut dicemus, tota moti-
bus includitur. Polonia igitur regio, ad orientem Germanie magne
connumeratur: rebus opulenta, ambitu spaciose, pluribus & magnis prouincijs

distincta, multorum foecunda parens nationum: quos proceritate corporis, uirum robore, aspectus uenustate, natura dotauit. Habet autem ea regio ad orientem Sarmatiam, cuius olim pars numerabatur (eam nunc Tartari tenent) a meridie Walachiam, quae Turcis proxima est: per quam etate proxima, imo ante paucos annos a Turcis est oppugnata Polonia. Ad aquilonem habet Letuaniam non paruum provinciam, omnem & ipsam Sarmatiae annumeratam. Ab occidua parte Prussiam. Praeclaram inter multas urbem habet Cracouiam, multis opibus, ciuium frequentia, & literarum gymnasio insignem. Sunt & aliae urbes, sed splendore non equantur Cracouiae. lignea sunt pene omnia in urbibus domicilia & in agris praesidia, ut minimam fidant munitionibus, quas solus potest ignis expugnare. Patrium est illi genti, quo magis in omni nobilitate seruetur equalitas, non indulgere structuris lapidearum & fidere munitionibus praesidiorum, quas nostri uocant arces: pace, paritate, & tranquillitate, se potissimum munitos uolunt. Copertum est aliquando qui militauere Teutonicos, opportunis locis praesidia fixisse murorum & moenium ex lateribus: sed non est passa nobilitas proteruire quocumque in regno, fidentem praesidio munitissimo, & in pace quidem non improbanda gentis institutio. Coeterum si ingruat externum bellum, omnia sunt rapinis & incendiis exposita. Ea uero regio tum nobis primum coperta est, posteaque Christianismum accepit, & ideo ad ea tempora nobis differenda est rerum in ea gestarum commemoratio: nisi quod initio nobis attingenda erat paucis, quod in natione Wandalica, quod lingua testatur, suam quoque laudem meretur provincia.

CA. III.

Ohcemia proxima huius gentis pars nobis attingenda est: ea ut

b ait Aeneas Syluius, qui traditam gentis historiam reddidit Latinam: In solo barbarico trans Danubium ab Italis, a nobis uero cis

tra Danubium sita: Germaniae portio est, aquilonis flatibus tota ferme exposita: cuius ad orientem uergens latus, Morauia obtinet, & Slesitarum natio: Septentrionem iidem Slesitae ac Saxones, qui & Misnenses & Durinigi appellant: Ad occidentem, Aduocatorum terra est, Baioariorumque regiones. Meridionalē plagam, tum Baioariorum tum Australes habent, qui ripas utraque Danubii accolunt: nec alia Bohemiae quam Teutonum terra coniungitur. Regionis longitudo latitudoque pene parem formam rotundam, ut ferunt, habet, cuius diameter trium dierum expedito itinere pateat. Sylua uniuersam claudit, quam ueteres Hercyniam uocauerunt, cuius & Graeci scriptores meminere & Latini. Flumina, quae terram irrigant uniuersam, in Albim exonerantur. hic in montibus exoriens, qui Bohemiam Morauiamque determinat, mediam ferme provinciam perlabitur: primo in occidentem, inde septentrionem uersus, ubi provinciam reliquit, per angustias montium & abrupta conuallium praecipit Saxoniae petit, quam duas in partes dirimens in oceanum fertur ibique a Reno flumine, equo terrarum spacio distans, quod plerique Germaniae terminum Sarmatiaeque quodam dixerunt: sed nostra etate Oderam fluum qui Slesiam intersecat, & ipsum Vistellam Prutenorum amnem Germania pretergressa Albia in alueo & fonte continet. Amnes alij quos Bohemi commemorant Ornoze, quod aquila signat, Egra qui ex nomine opidi quod alluit, uocatur.

Sarmatia

Walachia

Letuania

Prussia

Cracouia

Polonia per Christianismum facta clarior

Polonia per Christianismum facta clarior

Descriptio Bohemiae

Bohemia rotunda

Cursus Albi fluminis

Odera

Vistella

Ornoze

Egra

creatur: In terra Aduocatorum exoriens, apud Litomeritium Albi miscetur.
 Sed cunctos Multauiam excedit, qui metropolim regni Pragam influit: hic
 Saxanā & Lusuntium & Misam in Albim secum trahit. Gelida prorsus re-
 gio, pisce atque armentis abundans cum uolucris ferisque, frumenti ferax: Si-
 cera pro uino utitur, illi cereuisiam uocant, quasi ex cerere facta: ager toto
 regno optimus, circa Zazium colles, apud Litomeritium cōsiti uitis ac ui-
 neis: uinum quod nascitur, acerbum: ditiores ex Austria atque Ungaria impor-
 tato utuntur: Sermo genti & Dalmatis unus. Mos uetus in hunc usque diem
 seruatur: In templo sermone Teutonico plebes docent, in cœmiterijs Bo-
 hœmico: ubi secularium presbyterorum collegia sunt, aut monachorum prædia
 possidentium: solis mendicantibus libertas fuit qua uellent populū linguam
 instruere, quæ res palam indicat, ut ait Aeneas, cuius hæc sunt omnia, regio-
 nem ipsam olim Teutonicam fuisse, sensimque subintrasse Bohæmos, quod
 Strabonis testimonio in libro. vii. licet confirmare. An tu Aeneas non uides
 ideo inductam linguam Germanorum, quod omne genus Wandalicum suam eru-
 bescit uernaculam: & iam Bohæmia undique septa Teutonicis, quid aliud
 studet, nisi quod lingue sit conformis gentium proximarum: Accedit, quod in Bohæmia
 multi uiuunt inter Teutonicos nati, qui linguam patriam non intermittunt. Hæc
 idcirco dixerim, quia non omnino cōsentio fuisse Teutonicos, qui ante Bo-
 hæmos regionem incoluerint: subscribo enim Tacito, qui Boios gentem
 Gallicam tradit his regionibus a Marcomanis Wandalis pulsos: quod suo
 loco recordabimur. Prosequitur Aeneas: Plebs toto regno bibula, & uen-
 tri dedita, superstitionibusque sequax, & auida nouitatum, quomodo autem & unde
 hoc genus hominum in Germaniam uenerit sic habeto. Bohæmi sicut ceteri
 mortaliū, originem quætuustissimam ostendere cupientes, Sclauorum se prolem
 asserunt: Sclauos autem inter eos fuisse qui post diluuiū cōdendæ famosissi-
 me turris Babel authores habent: atque ibi dum lingue confuse sunt, Sclauo-
 nos, id est uerbosos appellatos, propriū idioma sumpsisse: relicto dein-
 de capto Sennaar, ex Asia profectos in Europam, eos agros occupasse, quos
 nunc Bulgari, Sarni, Dalmatæ, Croaci & Bosneses, incolunt, nemo tam al-
 te sue gentis initium reddit, præter Hebræos, omnium mortalium primos
 Multi ex Germanis satis se nobiles arbitrantur, quod ex Romanis sint: Roma-
 ni ex Teucris originem ducere satis habent. Franci qui & Germani fuerunt
 Troianum se esse sanguinem duxerunt. Eadem Britannis gloria satis est, qui Bru-
 tum quendam, ex Ilio profectum generi suo dedisse principium affirmant. At Bo-
 hæmi longius orsi, ab ipsa cōfusionis turri se missos indicant. Ceteri nec
 qui tunc fuere principes, nec cuius terre cultores extiterint, nec quo duce,
 quibus periculis in Europam uenerint, nec quo tempore, tradunt: fuisse il-
 lic Sclauonos aiunt, dum labium uniuersæ terre confusum est. Vana laus, ac
 ridenda: Quod si qui Bohæmos imitari uelint, nobilitatem gentis ex ipsa uetu-
 state querentes, non iam ex turri Babylonica, sed ex arca Noe, atque ex ipsa de-
 liciarum Paradiso, primisque parietibus, & ab utero Eue, unde omnes egressi
 sunt, facile sibi principia uendicabunt. Nos ista tanquam anilia deliramenta
 pretermittimus. Omnes reges ex seruis ortos, omnes seruos ex regibus

Multauiam.

Vineæ in Bo-
hœmia.

In Bohœm.
duæ lingue

Wandalis eru-
bescit uers
• naculā linguā

Bohœmi bi-
buli.

Sclauoni
uerbosi.

Bohœmi ni-
mis alte re-
petunt origi-
nem.

Reges ex ser-
uis & cœtra

scripsit Plato. Verā atq; germanā nobilitatem unica uirtus gignit. Libuit ista ex Aenea, uerbis illius inferere. At nos Bohemorum, ut aliorum eius generis Wandalorum, ex uno Wandalo parente, authore Beroso Babylonico traduximus. Et hęc quidem initio prefari sit satis, redituri ex comodo ad gentis illius prosecutionē, ubi originem & transitionē, ab Aenea commemoratam Bohemorum, sicut ante exufflabimus.

CA. V.

Vi uero ex hac gente Dalmatiā, Histriam, Croatiāq; incolūt, recenti memoria, & de qua testes extant plurimi, ex regionibus citra Danubiū a nobis illo concesserūt, imperāte iam Mauricio, & in Romana sede presidente beatissimo Gregorio, eius nominis. I. quod supra attigimus, & ubi tempora illa cōtingemus, non preteribimus. Habitarunt enim illa tempestate Wādali latissime, a mari nostro Germanico, siue Baltico per Pomeraniā, Marchiā Brandeburgensem, Slesīā, Bohemiā & usq; ad Danubium: quas sedes impetrarūt a Constantino magno, quod suo tempore dicemus. Inde in immensum multiplicata gente, transitū fecere sub primo Valentiniano ad ripā usq; Reni: ibiq; burgis erectis, q; Valentiniani principis reuerentia eos foederatos cōtineret, ne ultra Renū Romanis puincijs imminerent, Burgundiones sunt uocati: & iam sub Honorio exemplū sequi Gothorum, Hunorum, Francorum, in Gallias irruerūt: quorum pars sedem sibi in Gallijs delegerūt, Burgundiā de suo nomine prouinciā nominantes. Maior pars ulterius progressa per Gallias & Hispanias, magnis rebus gestis peruenit in Aphricā, ibiq; regnū stabiliuit. Iam uero ex illo tempore, post annos fere ducentos, alia eius gētis manus in immensum excrescens, transito Danubio, peruenit in Histriā, Croatiā atq; Dalmatiā: quod beatus Gregorius, ut in principio posuimus, scribens episcopis earū partiū grauissime ac dolentissime queritur: ut erubescāt Bohemi fabulā Aeneę preferentes, de pfectione Zethi ex Croatia in Bohemiā, ad fundandam ibi gentē suam. Nō enim ex Croatia in Bohemiā, sed ex Bohemia in Croatiā Wandali migrauerunt. Nā si quis duces eorum numeret, & inde tempora computet, inueniet nondū Bohemos in Croatiā transisse, quā fabulatores uolūt iam tūc ex Croatia uenisse Zethū in Bohemiā, Ita cū Aeneā hanc quoq; partē inter deliramēta reputamus anilia, Bohemosq; facimus longius tēpus in sua prouincia, q̄ ipsi rentur, esse demoratos. Sed hęc interim.

CA. VI.

Arum autē omniū gentium res gestas perscribere, & ad etatē nostram perducere infinitū est, & his uiribus non ferendū. Habet Polonia, habet Bohemia, habet & Dalmatia cum Histria suos scriptores: Sua quisq; in gente & uicinis nationibus, quę cōmemoratione digna putauerit, perscribat. & Russi etate nostra (ut fertur) ad maiorē ciuilitatem perducti, inueniēt qui illorum preclara facinora cōmemoret: Instituto meo satis esse iudicauī, post totius gentis cōmemoratā antiquitatē & designatā latitudinem, illa solū prosequi, quę nostris Wādalis, hoc est, ad littus Germanici maris olim habitantibus sint ppria: quorum nōnulla olim ante Proauorum & Attauorum nostrorum secula, Saxo Grammaticus, uir Siaz

Wādali p̄
Wādali.Wandalorum
migratio.Cōstantinus
Magnus.Wādali Valentiniano cō
foederati.Burgundis
unde nomē.Alia migra
tio Wādalo.

Fabulatores

Russi iamci
uiliores.

Saxo Gram

- **Vandicus**, suę gētis Danorę, memorabilis Historicus: ubi Danorę res prosequutus, ad Wandalos, quibus cū Dano nōnulla preclara fuere facinora nōnunq̄ descendēs, attingit: quos ille ut cōeteri Sclauorę appellatione designat: cuius nominis originem haud aliā inuenio preter eam quā ostēdit Aeneas in sua Bohœmica: Sclauonos eos hoc est sua lingua uerbosos appellari: q̄ multa loqui natiuū sit genti. Hodie tñ ad summā indignitatem apud nos traductū est nomen: q̄ cum nostre regionis Wādali sint hodie grauiissima pressi a Saxonibus seruitute, seruales homines & ultime fortis mancipia, Sclauos cum indignatione solēt uocitare. Q̄ si antiquitatis memores simus, & meminisse libeat res patrū, non erit in uitio a talibus uiris fuisse progenitos, sed glorię etiam ducendū erit, tales habuisse gentis propagatores. Huius aut̄ maritimi tractus Wandalorę res gestas perscribere in animo est. De cōeteris aut̄ eius gētis hominibus, si qd ad nos fama pertulerit (nam annales nō tenemus) suis temporibus inferemus. Et hęc quidem in prefatione dicta sint: nūc ad narratiōis ordinē cōuertamur. VII.
- **Gitur** cum Danorę rege terra maricę uelut iustū exercerēt imperium, pyratice in honore fuit, non minus q̄ olim apud Lacedæmones furtum: arbitrantibus in paganismo Barbaris, quibus nullę leges prodite, nulla iusticię cōperta monita, iuste possideri, quicquid ui aut armis quęreret, quā sententiā inter Christiāos necdū multi antiqua uere, armatā presertim militiā sequentes: quorę ea ratio est, ut inter beluas in agris & saltibus, in aquis inter pisces, & in æthere inter uolatilia, imbecilliora quęq̄ preda sunt ferotioribus. Ita ducendum inter homines. Wādali perinde tum Germanię littora tenentes, eodem quęstu prouocati nauigabant: ita factū est, ut nonnunq̄ mari cōcurrentes, quos unus quęstus eduxerat, nauali proelio Dani Wandalis manus cōfererēt: inde peruentū est ad maiores in suę cuiusq̄ gentis cōslictationes, ut totis nōnunq̄ uiribus Dani Wandalos, & uicissim Wādali Danos obtererēt: nōnunq̄ predam abigentes leuioribus proelijs cōslixerūt: quod quoties, & quibus occasionibus ac ordine factū sit, ex historia Danorę mutuabimus: nemini tñ dubiū debet remanere, diligentius ista ad Danorę gloriā, q̄ in partē Wādalorę esse enarrata, illuc inclināte scribentis affectu ut patriam illustraret. Primus igit̄ qui in literas relatus est, ex his qui e Dania Wandaliā impugnauere, Helgo rex Danię fuit: qui cum fratre partitus ditionē, maris imperium sibi desumpsit, prouinciā interim fratre moderante: qua in administratione maritima, Helgo regem Wandalorę Scalcum classe sibi & maritimis copijs occurrentē, oppressit: enauigatoq̄ mari, cū milites exposuisset in terram, totā maritimam Wandaliā redegisse fert̄ in prouinciā, ut Danorū regibus annua penderēt tributa. nec plura in eam rem cōmemorat scriptor antedictus, quippe pro rerū uetustate parum multa reperisse ante se priorū scripta testatus, maiorēq̄ partem illustriū rerum se de carminibus ueterę heroum laudes continentibus, collegisse: quod unum in omni Germanorum gente antiquitatis monumentum, & annalium genus est, ut tradit Tacitus.
- CAPVT OCTAVVM.

• Sclauoni uerbosi.

• Sclaui uisita mancipia.

• Pyratice in honore.

• Taxat equit̄ res Germanorū.

• Inimicitie inter Wandalos & Danos.

• Helgo rex.

• Scalcus rex.

• Wādali Danorū tributa.

Einde post aliquot annos, nonnullorum regum intercurrente imperio,
 cum iam Wandalia resumptis uiribus parem se Danorum potentie
 arbitraret, cepit rebellare, iugum tributarie seruitutis excuties.
 Regnum tum Danie administrabat Roricus rex adolescentior: cuius cum an-
 nos nonnulli pridem Danie subiecti continentes, ad rebellionem spectasse re-
 ferunt: Wandalis tamen uiribus suarum molem inspectantibus, spes magna uicto-
 rie fuit: itaque totis conatibus in arma ruebant. Nec Danorum regi segnis
 erat mora patrium imperium defendere. Inter multos rebellantes, primos est
 aggressus Wandalos, arbitratus quod res erat: illis ad arma, potioribus
 ad iuga coactis, faciliorem sibi ad reliquos futurum laborem. Wadali ne bel-
 lum sine Duce committerent, capite opus esse cernentes, regem ex suis crea-
 uere, ceterisque militie sue uiribus palam ostensis, obscuriore loco, binos ad
 insidias armatorum manipulos condunt. Nec tamen Danie regem insidie fefel-
 lerunt: latebras & ille socijs captandas indicit (Erat enim nauale proelium)
 Concurrentibus ergo primum qui in aperto dimicauere, & equa manu con-
 tendentibus, superuenere qui ex Wandalis latuerunt in insidijs. Acrior pug-
 na surgit: omnes ad unum cesi feruntur Wadali, regibus ipsis cum mole
 exercituum pugnam primam inspectantibus. Igitur dum totis esset uiribus con-
 currendum, instruerenturque acies dimicature: procedit ex Wandalis uir, cor-
 pore procerus & animo promptus: Ut, inquiens, res inter nos agatur com-
 pendio, mihi ex uobis uir opponatur, qui mecum totorum exercituum fortunam
 experiatur: & siquidem ille uictus fuerit, optata nobis libertas, & a soluendis
 tributis reuertatur immunitas: Sin uobis cesserit uictoria, prisca sint nobis
 onera duplicata, que uolentes pollicemur. Pudendum erat detrectare pugnam
 totiusque nationis detrimentum putabatur, si nemo ausit occurrere, puocati.
 Erat in regio Danorum exercitu uir animo que uiribus promptior, qui regem
 sciscitatur, que maneat proemia uictorem: Rex armillas profert, insigne tum
 decus militantium: quales hodie sunt torques, aut cinguli militares, equitum
 ornamenta auratorum: easque uictori proemia rex decreuit. Quid tandem in-
 quit ille uicto reponitur, preter ignominiam, aut celerem exitum, dura & ini-
 qua militie stipendia: At tamen quam uita bene impendit patrie, equo mihi
 animo, pcedendum in hostem. Hec dicens prouocatore gladio ferit. Cum iam
 constitissent metato in circo: ille ferientem simili mercede remunerat: sed uno
 statim ictu ad mortem usque prostrauit. Aequata Danis fors pugne uideba-
 tur: quod cum mari pridem ipsi uictores extitissent, nunc uicissim in area prostra-
 uisset Danum Wadalus. Ille uero ad redintegrandam pugnam non segnis, cum
 mulatam sue gentis gloriam ambiebat: arbitratus non facile perditurum ex Da-
 nis quemque, qui uictoris gladium experiret. diu circumspectauere Dani, quem
 insolenti ex uictoria opponerent: inuentus est & alius, qui spiritum patrie de-
 uoueret: ne de suis Decijs soli Romani gloriantur. Primum tamen ex rege scisci-
 tatus est ille, que uictori proemia forent: Ille senas inuicem nexas ostendebat
 armillas. Quid inquit pugnaturus, si post nauatam operam, animum ipse mu-
 tans, proemia retraxeris: Proderit apud sequestrum pugne mercedem depo-
 nere, nam spectata ante oculos proemia, alacriorem facient pugnaturum. Cui

Wandalorum
rebellio.Wadali re-
gem creant.

Wadali cese

Prouocatio
ad duellumArmille insi-
gnia militumVictoriter
prouocat al-
um ad duel-

Pugil gau-
det de iactu
sua premij.

Ambo pug-
iles cadunt.

Frotto rex
tempore Chri-
sti.

Ericus.

Ratis uersa-
tilis.

Wādali celi.

Iutia.

rex subinde. Si inquit assequi diffidis promissa uictori proemia, accipe ante congressum que pepigisti. Et hec dicens, e naui qua rex uectabat in asiam proijcere conatus, uiribus destituitur, decideruntque armille inter naues in profundum. Tum pugil, Vt inquit omnes probe intelligant, non me mercenarium in pugnam descendere, etiam gaudeo perisse proposita proemia: alacrius deinde gloriam, que sibi merces est, amplector. Quo dicto, in campum descendit, armis suis incinctus. Acris diu pugna conseruit, mutuo uires alternant, acuunt utrumque conspicientes exercituum oculi, collatum ex equo robur cerebatur. Excepit autem una utrumque fortuna pugnantem, nam mutuo uulneribus conciderunt: ambo inuicti & uicti uictoresque. Ibi Wādali se tributo solutos arbitrant: Danis equatam pugne sortem ducentibus, longe mens alia fuit: nam ad prisca Wādalos onera deuocabant, Sed tum res qualitercumque sine noua conflictatione dirimitur: In sua quisque letus reuertitur, utriusque sibi constitisse uictoriam arbitrati.

CA. VIII.

Ransibant hoc in rerum statu anni multi: ut interdum leuibus proelis in mari concurrentes confligerent Dani atque Wandali: nusquam totis aciebus, nonnunquam in alternas terras, uicissim ingressi, preda agebant: sed totis regnum uiribus, aut magnis exercitibus ad alterius nationis subiectionem, multis annis non erat decertatum, utriusque nationis principibus aut per modestiam sua sorte contentis, aut aliarum nationum armis implicatis. Frotto rex iusticia & fortitudine insignis, tenebat iam regnum, sub cuius imperio, quod illi longeuum erat, Christus mundi salus illuxit, ueritasque de terra orta est, & iusticia de caelo prospexit. Erat tum inter proceres regni uir primarius, uiribus & sapientia multos exuperans, Ericus: origine quidem Norwagius, sed qui se Danorum regi Frottoni ita meritis inuassit, ut alter esset sub rege regni moderator: interea Wandalarum nuntia tur irruptio, Ericus autem ut erat inter aulicos primus, operam sibi desumpsit hostibus occurrendi, octonis nauibus bene instructis mare ingreditur: ubi uero hostes habere coepit in prospectu, una naui parat insidias, nam septem alias uirenti fronde circumponit, ut ne carbasa quidem conspiciant: iubetque in sinu maris secretius delitescere, ipse sua naui hostibus occurrens, eludit conatus eorum quoties uoluit ante frementium ora uersatili rate elapsus, donec pertraheret, quod conabatur, ad insidias, ubi suis signum dedit, micuere: & adhuc hostibus allabi nemo, non armate naues uidebant, donec circum septis hostibus, Dani ad eos insilirent: usque ad quadraginta uiros Wādali omnes celi ferunt, Ericus ad regem uictor regreditur: hanc uero Wādalarum irruptionem rex ulturus, exercitum contrahit, naues perarmat, traiecitque in Wandaliam, frena subiectionis genti iniecturus: equestrem autem militiam itinere terrestri mittit per Iutiam atque Holsatiam Iutiae continentem. Strumico tum rerum Wādaliene tenebat principatum, siue regem illum appellemus, hoc enim uocabulum a Latinis mutuauere exterarum nationes, ut quem imperium tenere sine regem appellaret: nam coronationis adhibita solenitas, ex Hebreis prodijt in Christianos, & inde processit in Getae. Is tum rex Wādaliene missis ad Danicam regem oratoribus, inducias postulat, facturum pollicitus quod ex

LIBRI PRIMI CA. VIII. ET X.

equo bonoq; sit. Froto autē rex, iam procinctū habens q̄ maximū, legatis respōdit: Non oportere hostē inducēs armare: hęc sua in exteros esse primordia belli, quę nullo pacto tardari patiat̄. regi suo renunciēt, imperata faciat: alioqui, si quid illi uirium sit, aut animi, occurrat in armis: semel esse decernendū de rerū summa: diu se satis sine armis uictitasse: tranquillitate sua hostes factos insolētiores: leonem semel experrectum, non esse facile nisi uictorē redigere ad quietē. Hęc renunciata Wādalarū regi, ad arma quoq; illum exciuerē.

Regis Froto
nia rñsio.

CA. X.

Nterea Danorū naues in portus adnauigāt Wandali littoris: Equites destinatū iter tenētes, ipsi quoq; parati in finib; cōstitere per cōtinentē Holsatię: Cōcurrit̄ quātis maxime uiribus potuit: Acre diu preliū stetit: Volitabat diu incerta uictoria, quib; signis inclinaret: demū Danis cessit, oppresso in acie rege Wādalarū Strumicone. Concidēte enim rege, fors quoq; regni cōcidisse uidebatur: Venit iterū in ditionē Danię Wādalia: unde uideri potest, permānisse in hodiernū, eū Danorū regibus titulū: ut se Gothorum & Wandalarū reges inscribāt: quīs nihil in Wādalia a multis diu sęculis tenuerint: Sed est posteriorib; sęculis renouata ei; tituli causa: qđ suis locis non silebim;. Tum rex Froto, anisus, puinciā suā Wādaliā purgare malis hominib;, edixit: ut qui in aliq; scelerū genere premineret, aut latrocinio, aut pyratice, aut furto, pdiret, magnis a rege premijs afficiendus, qđ in hostes tali genere militū indigeret: latrocinium ultur; in hostes latrocinio. Credidere multi, sęq; pdiderūt: uerū arbitrati, qđ edicto proponebat: nō solū impunitatē, sed etiā premia improbitatis accepturi. At ubi premia demorant, cōfessos quęq; de suis scelerib; iussit affici meritis supplicijs: Sed tñ priusq; mētē illis suā adaperiret, quo plures pdiret, iussit abcedere in unū locū, pdeūtes. Vbi uero iam pro magna parte emicuere, cōuersus rex in pceres, & reliquā multitudine. Hac, inquit, o Wādali pessima hominū colluue, patriā uestrā uacuefacere cōuenit: Hi sunt qui inter nos pacē turbāt, qui utrisq; creant infinitū laborem: hos si pacē queritis, de medio tollite: Illi uero a rege iussi, non segnes incubuere negocio, sceleratos homines in altissimas cruces egere: qñ illorū scelere patratū est, ut patria seruitutis frena pateret. Ita stolidis hominibus, pro scelere premia poscētib;, digna persoluta sunt capitis supplicia: Stultissimos quis nō dixerit, qui cum regē, ac ceteros latuisse poterant, se ipsos ad mortē pdidere. In hoc rer; statu transierūt anni aliq̄t, tantūq; incessit in Danos Wandalarū obsequiū: ut illos deinde, non tributarios, sed fœderatos haberēt, iūctisq; armis, socia agmina ducerēt in hostes: Quie uere pinde maria, & trāquilla nauigatione trāsibāt uniuersū. Fuisse tñ hoc bellū, non ad omnē gētē late fusam cōiecto: quę nec; uno principatu, qđ sequētia docebūt, teneret: sed potissimū in occidua Wādalia ad urbē ueterē, olim magnā, nunc pastoralibus, rusticisq; casellis satis humilē in Wagria, Oldēborg, quā Dani Brānesiā, Wādali Stargard dixerē.

Acre preliū
inter Danos
& Wādalos.

Pulchra pro
uincię pur
gatio.

Tollitur pes
sima homi
nū colluue.

Nauigatio
trāquille.

XI.

Inus erat in Wādalis uir primarius, qui magna ditia in gentē sua dñaretur, unde quedā gentis portio traduxisse nomē uideri

Winus, una
de Winulū.

Oriētales Da
nis tributarij

Semigalli
Italiā uasta
runt.

Puellæ mi
licarunt.

Libussa uir
go.

Valisca uir
go.

Puellæ uir
trices.

Rex non au
det occurrere
puellis

poterat, ut Winuli dicerentur: quod hoc ipsum nomen usurpatum uideatur a quibusdam facilitate lingue, ut Winuli uocarentur, qui essent Wandali. Cum autem rex Froto superioris ex Fridleuo filio nepos, in gente Danorum regnaret, illicque militaret Starcaterus, uir monstruose fortitudinis, cuius laudes in Dania, & Suecia attigimus. Hic ergo Starcaterus Danorum regis nomine iuncto sibi ex Wadalis memorato Winu, orientales nationes iam regi Danorum sub tributo seruiantes, nunc autem imperium detrectantes, aut in fide contineret, aut ad iuga reuocaret, instructis agminibus petiit. Pugnatum est in Curetes, quorum hodie quoque natio extat in Liuania: in Sembos, qui hodie Prussorum, presertim ordinis Teutonicorum fratribus parerent: & in Semigallos, quos Semigallos a Latinis arbitror appellari, quod ex Gallorum gente prouenerint, ac diffusi sint: qui magnis olim agminibus Italia uastauerint, urbem Romanam inciderint: in Thracias, ac multas gentes diffuderint: ut essent Gallogreci: Hodie tamen in orientis regione, hoc nomen cum priscis multis interijt: sicut post paucos in Liuania annos interibit memoria Liuonum, & Curetum, linguis eorum intercidetibus, & in uicinas coalescentibus: quod in prefatione huius operis diximus. In Wadalis autem ea tempestate tam celebris milita habebat: ut eam non modo uiri, sed & puellae, & foeminae amplecterentur. Inauditum nostra tempestate negotium: Quo minus admiremur apud uetustissimos Babylonios Semiramidem, & Troianis temporibus, Patuleam, ad prelia furentem, medijs ardentem in millibus: ut de ea canit uates Maruanus: & Camillam, subducta litera Camillam, in Italia bello detonantem: & in Herculeis laboribus domitas prelio uirgines: quas res in nostra Suecia attigimus: Agnoscamusque, quod in hac Wadalorum natione, apud Bohemos contigisse narrat in eius gentis historia Aeneas: cum Libussa uirgo, diu paternum administraret Imperium: quod deinde sub marito, quem a proceribus foemine perrexis Imperij, eligere cogebat, paulatim defluxit: Intantum, ut cum mulier facta functa esset, comites quondam eius, uirgines recolentes, quantum illis sub regnante sceptrum habitum esset honoris, quantumque nunc uicissim sub rege contemptum incederet, duce Valisca, primum paucae conciliu inierunt repetendae militum: inde multas asciscunt, ut mediocrem iam exercitum educerent: quotidie militum exercitijs puellae terebantur, equestribus pugnis sese assuefecere, equitare, iaculare, arcum tedere, ludus diu erat puellaris: & iam bonum in modum instructae, uiros, & iuuenes in pugnam euocauere: Iuuenes contemptu sexus in prelium uadunt segniores, sed congressi superantur. Alij item alijs subarmanter: Omnes ad unum celsi, qui puellis sunt ausi configere: Arcem unam ac alteram occupantes insident: illuc refugiunt, inde acies producunt: Septimum iam annum inuicta agmina in omnem terram educunt: quot foemineam insolentiam pertesi occurrunt in prelium, opprimuntur. Viuebat adhuc rex uiduus cui nomen Priuslao: cui nulla occurrere puellis fiducia: nulla ui superari poterat: Insuper demum circumuente, pars una primum, inde altera paulatim exterminatae perierunt. Haec ut dixi in Bohemis, testantibus eorum annalibus gesta feruntur: quae hoc loco commemoranda putauimus: ut ex eadem gente prodita exempla fidem faciant narrationi sequentibus.

Wisna puella ex Wandalia cum militari puellarum agmine aderat ma-
 gne illi expeditioni, cum Haraldus Danię rex, uiribus undiquaque
 collectis, duceret in Ringonę Suecię regem: magnis illis appa-
 ratus per septenniū plenum ante factis. Nō degenerabat Wisna, consimili
 pene etate a uirtute Bohemiarum suę nationis ac lingue puellarum, militari-
 bus rebus exercita, cum ualida suarum manu Danici regis agmina exornauit:
 nec sola sui sexus in latissimis agminibus dux preerat, nam erant & e Dania
 & Norwagia similis animi & uirtutis puellę suarum agminum duces. In aci-
 erum autem ordine tantum femineo robori rex dederat: ut aquiliferam faceret
 Wisnam, quę precipuam in eius uirtute fiduciam ponere uideretur. Cum ad pu-
 gnam uentum esset, fortissima femina semper illesa signa seruauit, donec Star-
 caterus, uir mirifice inter suos uirtutis, tum Suecis militans, Danię signa con-
 uellere annisus, aquiliferam aggreditur, manumque prescidit signa tenentem: ut
 iam alia uis succedere cogere signis sustinendis. Hęc eo consilio libens re-
 tuli: ut nemo miretur eodem pene seculo, aut non multum distante, Christianam
 puellam diuam Ursulam, uirginem agmine Christo sponso militaturę con-
 trahere, cum eo mare transire sit ausa, ex Britannia per Renum ascendere, & ex Basili-
 lea pedestri itinere Romam petere, Cumque inde remearet, per Renum in patriam
 reditura, in ipso descensu ad moenia Agrippinę Colonię obsidentes Hunos
 reperit, a quibus tantum agmen Christianarum uirginum in Christi contumeliam
 est trucidatum: prouidete castitatis amatore uirginum sponso Christo domino: ut
 mallet impius hostis mactare quam contaminare tantum agmen sacratarum uirgi-
 num: quantum uirorum agmen, quod illi non est defuisse putandum uim illam pro-
 hibuisset. Sed decretum erat omnibus, idque a Christo approbatum: ut in gloriam
 eius sanguinem profundentes, stolas suas primum rubrificarent in suo, deinde
 albarent in agni colore.

CA. XIII.

Wandali interea solite artis obliuisci non poterant. Ad predam potius
 quam ad iustam pugnam exhibant, cum per agmina sua terrestri itinere
 ducerent in Iutam predabundi, sine ordine, sine duce, incedentes.
 Regnabat tum in Danis Siwardus, multum a paterna probitate degenerans:
 cuius contemptu Wandali id ausi, Iutam tantam provinciam uastare sunt ag-
 gressi. Adiuuabat illos tempus, quod regem iam Norwagico bello sciebant im-
 plicari. Illud quoque fortunę illorum accesserat, quod cum illi grassarentur in Iutia,
 rex laceris agminibus uictus magno proelio redibat. Magnis tamen itineribus
 cum eo quod reliquum erat agmine contendit in Iutam: ut obuius fieret Wan-
 dalis grassatoribus. Illi uero ubi audierant properare regem, periculo suo pro-
 spicientes, cautiores in reliquum incedere curabant, nam creato ex se duce bel-
 lum redintegrabant, ferro flammisque undique seuiunt. Occurrentem Danię re-
 gem aggressi, apud Fioniam proelio excipiunt & superant: eundemque uires reparan-
 tem in Iutia offendunt, proelium instaurant, fugant, superantque: provinciam sui iu-
 ris faciunt: ex hoc die latius imperantes, filium regis Iamericum proelio captum,
 cum gemina sorore in partem prede abducunt. Sed quoniam apud ueteres uenala
 fuere coniugia, magno precio alteram ex captiuis Danię regis filiabus Nor-
 wagiensium Duci uiro primario uendunt: alteram in Germania simili sorte dis-

Wisna uira
go.Wisna aqui-
lifera.Sancta Urs-
sula.Christus ser-
uator castita-
tis.Wandali so-
ligi predari.

Iutia uastata.

Wandali uin-
cunt regem
Danorum.Duę filię re-
gis uendunt.

Fille tradun
tur nuptur
sine doce.

trahunt. Quod ne cui mirū uideatur, ualet hodie ea (ut ferunt) cōsuetudo in Thietmaris, gente palustri, ad exitū Albis fluminis: ut nuptui tradāt filias indotatas, sponso quantū inter eos cōuenit annūmerante, aut pendēte his qui puellā in potestate habuerunt. Iarmericus autē regis fili⁹ in carcere Wandalorū diu fuit: Inde exemptus operi rustico deputat. Sed nō defuit adolescenti industria se in libertatē uendicādi, egregieq; in Gentē ulciscendi acceptā iniuriam: quod in Dania diximus. CA. XIII.

Filius regis
ad opus rus
ticum.

Perit rex in
cendio.

XL. uiri cū
coridē lupis
suspēduntur.

Smarus in gēte Wandalorū tum regnabat, qui Iarmericū Danorum regis filiū captum asseruabat. Cūq; carceri iam diu assuetus humilitatē priuatam induisset, regiumq; animū cum fortuna possuisset, exempt⁹ uinculis operi rustico sub custodia deputat. Quid faceret nobilis adolescēs? Cessit fortunę, quod necesse fuit, dominis paruit, donec accepta occasione non solū elaberetur magno suo periculo: sed etiā abiēs se uindicaret, igne supposito edibus, in quibus regem, nihil tale preuidens, incendio cōsumpsit. Reuersus autē in regnū, se de hostib⁹ preclare uindicaui. nā iugū seruitutis, quod sibi imposuissent, cum excussisset, magno prelio superatos, ad tributa pendenda coegit. Captos ex his uiros. XL. totidem lupis adiunctis, uno suspendio cōsumpsit: ut regij sanguinis carcerē & seruilem in agris operā cōpensaret. Sed hec nunc breuiter attigisse contenti, in Dania plenius sumus exequuti. CA. XV.

Marcomāni
sunt Wādali

Ingēs bellū.

X hoc uero tēpore in cōmemorandis Wandalorū rebus Romanarum rerū scriptores, habebim⁹ & testes & adiutores. Quod ad bellum Marcomānicū attinet, paucis attingam⁹: premitētes que gens fuerit Marcomānorū: quod apud multos usq; in hodiernū māsit incōpertū: & nos in nostra Saxonia docuim⁹: istocq; loco iure repetimus: quod propria gentis cōmemoratio hic deposuit in cōgentiliū descriptione. Marcomāni igitur probatissimo teste Cornelio Tacito docente, Wādali fuere: qui pulsas de montib⁹ quos infederāt, Boios, gēte Gallica, ipsa inhabitauerūt loca, que ante Taciti tempora iam dudū tenuerūt: nomē tm seruantes prisce gentis, ut ex Marcomānis, antiqua appellatione Boicemi dicerentur. Nam & magna Bœmorū gens apud Ptolomeū: inde dicta creditur tota natio Wandalorū, quacq; uersum habitās iam inde a Russis per Polonos, Morauos, Bohemos, Slesios, usq; ad ripam Danubij: alioqui si unius prouincię mortales diceret, non magnā gētem appellaret: nunc uero optimo iure magnā gētem appellauit, que tot prouincias occupabat: necdū Dalmatiā attingo, in quam longe post hec tempora cōmigrarūt. Huic ergo tam magne genti Marcomānorū quam eandem docente Tacito, accipimus, que montibus Boios expulit, & intra & extra montes diffuse, ingens bellum inferebat Marcus Antonius, optimus Romanę reipublicę Imperator: cui utinā pietate & uirtute pares multos uidisset Christianism⁹. bellū inquam terrificū & memorabile, quod totis Romani imperij uiribus, non per duces, sed ab ipso Imperatore administrabat: tanta mole, ut punicis bellis equiparet. que res argumēto est, non cum unius prouincię mortalibus rem Imperatori fuisse, sed cum magna natione & amplissima gente: que

LIBRI PRIMI CA. XV. ET XVI.

tam magnificū ab ipso Imperatore deposceret apparatus. Pugnasse tum in ea conflictatione, si non Russos, q̄ lōginq̄ uideant, nulli dubiū sit, omnē Poloniā, omnē Slesiam atq̄ Moraviā, Bohæmiā, & omnē regionem usq̄ ad Danubiū. Memorabile hoc ex omnibus rebus tum fortissime gestis, retulerunt: q̄ exercitū Imperatoris siti laborantē, pauci q̄i inerant exercitui Christiani milites, pluuiā precibus de cœlo impetrantes referunt: testaturq̄ Imperator literis, diuinitus tum cœlo datū imbrē, fuisse exercitui salutarem. O si & cognouisse potuisset, cuius munere, qua potentia, hoc illi tum beneficiū esset collatum. Diuturnum & periculosum bellum, in quo & singulorū preclara facinora non sint cōmemorata: inter omnia tamen in Germania gesta bella, quę non pauca fuere, durissimū & laboriosissimū confitentur Romani scriptores. Id erat gentis robur, ea magnitudo, ut in oppugnandā toti⁹ Romani imperij tunc florētis, uiribus opus uideretur. Sed eum, quem solent, exitū faciunt Italicorū annalium scriptores: ad iuga coactam gentē, Imperatori cessisse. Marcomānus, si rem in literas misisset, aliud nobis fortasse testimoniū reliquisset.

CA. XVI.

h I locus deposcit ut in Bohæmiā Aenę respiciamus. Faciunt sine predefinitione & designatione temporū Zethum quendā Croacia emigrantē, q̄ ibi homicidiū cōmiserit, in Bohæmiam uenisse: ibiq̄ gentis fundasse primordia. Id supputatione temporū ad hanc etatem potuit peruenire ex ordine ducum, quos preuisse cōmemorāt, ex Zetho ad tempora Henrici .I. & Ottonū Imperatorū: quorū tertius tetigit annū Christi .M. At testimonio colligitur omnium Italicorum, Wandalos, quos illi Sclauos appellant, primū sub Mauricio transisse in Croaciam Dalmatiamq̄: Quō ergo inde nūc ante Magnū Constantinū potuit Zethus emigrare Croacia? Ediuerso monstrat Tacitus ante sua tēpora Marcomānos eiectionis Bois de nemorosis locis, occupasse Bohæmiam, quę a Bois nomen retinuit. Ergo Zethus adueniēs ante se reperit Bohæmos Marcomānos, hoc est Wandalos ex priscis habitatoribus Bois nomē mutuos. Multis igitur modis cōuincit uana de Zetho emigrationis, & fundatę gentis fabula. Illud facile assentiar, uirum prudentē, qui exteras regiones lustrauerit, ciuilitatē plurimā didicerit: patrios mores, cum auctoritatem in gente sumplisset, composuisse: & regno permissum fuisse: ut ex illo primum recognito, cœteri deinde duces numerent. Hic ergo Zethus ordinato regno, prim⁹ in gente dominatus est libera potestate, cum alij, uel annui, uel menstrui, uel ad bella essent duces: quomodo in Ro. repub. diu legim⁹ obseruatum. Sed huic fratrem faciunt Lechem, qui ubi cerneret germanū ditatū, in ulteriora cōcessisse, Poloniāq̄ regno tenuisse: inde nomen mutuatū: q̄ plana, sine montibus terra sit: nam Pole, lingua gentis uernacula, planum dicunt. Illūq̄ adeo in gēte multiplicata profecisse, ut impleret Poloniam, Russiam, Pomeraniā, Cassubiā, Morauiam. Accipio testimoniū, q̄ ex eadem gente sint Poloni, Russi, Pomerani, Cassubi: hoc enim multis modis astruendū nobis est: arbitrātibus nōnullis, non tam latā esse gentē, q̄ nos initio fecimus. Nunc qui dubitauere, discant ex ipsorū testimonio Bohæ-

Pluuia ad p̄ces Christianos militū.

Robur magnū Wandalorū.

Otto. III. anno Christi .M.

Marcomānos eiecerūt Boios.

Zethus primus rex Bohæmiae.

Qui ex eadem gente Wandalorū.

- **morum**, qui cōgentiles suos non ignorāt. Sed hoc plane friuolū, q̄ aiunt ex Polonis reliquos esse deriuatos. Nam ostendimus ex Strabone & Plinio, Roxios, nūc Russos, dudū ante Augustum Cēsarem, sub quo scripsit Strabo, regionem suam tenuisse: & Pomerani suum littus tenuerunt, cum Cassubis, priusq̄ Christus nasceret in terris: quod nostri Saxonis crebris testimonijs & docuim⁹, & ubi opus euenerit, ostēdemus. XVII.
- **Pomerani.**
- **Cracoui.** **fit** **data p̄ Cros** **cum regē.**
- **Libussa rex** **gina Bohē** **miae.**
- **Semen regi** **um querit** **ex regina.**
- **In ferrea mē** **sa rex comae** **dit.**
- **Aratri pro** **mensa.**
- **Prissus ex** **rustico fit** **rex.**
- **Rocus** in Bohēmis successit Zetho: cui⁹ hoc solū fertur insigne, q̄ de nomine suo fundatā reliquit Cracouiā: tum Bohēmis, nūc Polonis parēt. Sic enim in ea regione, quomō & in alijs, sepe mutati sūt termini, & limites ditionum. Nam & Morauie reges, quod infra docebim⁹, aliqñ tenuerūt imperiū in omnē eam gentē. Hui⁹ erat Libussa, unica filia, que moriente patre, uirgo coepit administrare paternā ditionē tam prudēter, ut rex diu nullus desyderaret in gēte: ita circūspexit omnia, adeo iusticia insignis erat, ut nemo sub illa quēreret se suo destitutū: adeo scelerū ultrix, ut impune nemo peccaret. Mansissent proceres sub foemina lōgi⁹: sed mortālē prospiciētes, semē regiū affectare ex illa uidebātur. Diu tñ nemo interpellare audet graue, super ea re, foeminā. Sumpserē audaciā nōnulli ex maioribus, ut uoluntatē procerū, & toti⁹ populi cōsensum atq̄ desyderiū explicarent: Illa toruo primū uultu intuita referentes: Quid est inquit, quod uobis desit in hoc rerum statu, ut regem desyderetis? Nihil inquit illi, si te immortalē haberemus: nunc, qm̄ cōmuni omnes sorte sumus defecturi: cum te carere iam debemus, semē ex te regium expleret pro te populi desyderiū: aut si minus, expleret uel mitigaret ingentē tui nominis affectū. dissimulabat aliquandiu casta mulier, populi de se desyderiū: tam illā delectabat thorus sine socio, tam celibat⁹ illi inherebat. Sed cum illi finem non facerent: Illa siue oraculo cōmonita, siue suis deseruiēs nutibus, si forte in rustica plebe uirū iam delegisset, cui illa imperaret: Iussit ornari candidū, cui insidere proficiscens solebat, gradariū: illum sequi preeuntem proceres iubet: apud quem ille cōsisteret quiescens, si ferrea de mensa refici illum cōspicerent, regem mox suū cōsalutarent: nam illum dignaret thoro maritū, quem fata iumēto imperantia, monstraret. Sedulo implent quod iusserat regina: sternunt iumentū, & permisso illi freno, liberū sinūt preire: illi pone sequuntur, obseruantes quo uadat. Abibat in agros, uiam non paruā, nec per solita gradiebatur itinera, sed cōpendia quērerere uisus, ibat in directū per nemora, per dumeta, per agros, donec ipsa iam meridie deprehenderet hominē ex labore fessum, se ad refectionē in agro, quē ararat, reponentē, uerterat aratrū, & ferrum ex sulco splendescēs attrito, in planiciem positū, pro mensa habebat. Cum cerneret hominē iumentū, stetit immobile: nusq̄ diuertēs aut circūspiciēs. Aderant qui obseruabāt: ubi uident hominē aratri ferro uti pro disco, recolūt quid de ferrea mensa illis regina denunciasset, obseruandū: uoto se potitos interpretātur, & gaudēt. mox sciscitantur de nomine: Prissus inquit interrogatus. mihi nomen est. Illi uero, surge inquit, protin⁹, & stratū tibi cōscende iumentū: regina te demoratur futurū regem, futurū sibi maritū. Ille, ut erat rustica simpli

LIBRI PRIMI CA. XVIII. ET XVIII.

itate illud sibi arbitratū iri, rogatq; ne de se rideat ignominiose, contentum se sua sorte. Illi urgent recusantē, & in eo quem tenuit habitu, inuitum rapiunt in iumentū: pertrahūtq; ad reginam: insinuantes, quid repererint. Illa fato monstratū uirum, cōplectitur: & pro regia dignitate suis nudatū uestibus, ornat atq; thoro dignatur.

CA. XVIII.

Am regem habuere Bohœmi, iam legitimo illis iure imperabat uir non postremi ingenij. Sensit Libussa iam se agere sub marito: nec enim liberū illi remāsit imperiū ut prius: quod & si iustū non improbaret, non potuit tñ non mouere regiam puellā limitatū iam arbitrium: recolentem humilitatē originis in homine, quem sibi, ac regno preponi permisisset. Ferunt prole ex illo mascula suscepta, merore tabescentē, non diu rebus humanis interfuisse. Prisslaus iam solus regni gubernacula tenebat: nec festinauit ad secunda uincula: nec erat qui perurgeret, cum cererent legitimā ex regina sobolem regno natā, facile proceres quieuerent. Sed puellę innutritę aulę, reminiscētes quanto sub honore habitę essent, dominante regina: nunc uero rege imperāte, simul ad uiros omnē administratio nem esse deriuatam: duce Valisca uiragine, quod ante diximus, ad militiā exercebantur: & aucto numero in bonū modum, cœperūt in uiros regnum prefectos sequere: nec erat moderatū imperiū usq; in contemptum regis, & omnium regionū, armis utentes, armis erant cōprimendę. Mittitur agmen uiroꝝ, quod satis putaretur edomandis: Superatur: plures subor nantur, uincuntur a puellis. Quid multa: arcē unam atq; alterā occupant, eas cōmuniunt, illo refugiūt, ibi se tutantur: cingūtur obsidione, nihil agitur: euocant ad preliū, occurrunt: nec erat constantia uirilī in eas. Septem plenis annis inuito rege, proceribus etiā fremētibus, exercent in omnes uiolentum imperiū. Ad extremū, locatis insidijs, fraude, non ui superant. paulatim oppressę armis, donec extenuato numero, nec supplemento ueniente, manus uictę darent regi proceribusq;. Hanc pro sui nouitate rem, non piguit semel attactam, replicare. Prinslaus autē rex iam senescens, tranquillitati studuit, donec in fata cōcedēs, filio uacuaret imperium.

XVIII.

Inislaus filius, ex Libussa regium trahēs sanguinē, patri succedit. In gentile nomē quod sua terminatione testatur esse Wandalicum: his enim in omni gēte utūtur Dalmatę, Bohœmi, Poloni, Pomerani: nam Hermolaus, Stanislaus, Boleslaus, Ladislaus, Buggeslaus, Prinslaus: nomina sunt cōformia Wandaloꝝ, quib; in hodiernū omnes utūtur: ut unam esse gentē, etiā hoc argumento accedente, sermone eodē certus perdifcas. Huius autē regis, nulla in fastos sunt relata preclara facinora: nam quod ceterę sunt passę nationes, in Bohœmis quoq; deprehēdimus, raros admodū initio fuisse scriptores, qui res preclaras perennarent. Filius huic successit Mnata: cuius omnino nulla reliqua est in fastis memoria: adeo claris uiris obsistit obliuio, & intermissum scribendi officium: quod ne soli querant Bohœmi, facit in omni pene gēte, similis defectus: satis habent omniū iactatoꝝ primi, a memoria pximoz; repetere seculoz;. Hi sunt Gręci & Latini, qui nō multis seculis res preclaras ante se reperiebāt, unus

Ignobilis urgetur ad regnum.

Ex merore regina obit.

Valisca uirago, sub q; puellę militarunt.

Imperiū puellarū. vii annis durauit.

Ninisslaus rex.

Noia Wandalica in Slauis.

Mnata rex.

Liuius fratris.

Nero nequissimus.

est inuentus Liuius, alias historicus clarissim⁹, qui inuidisse fertur antiquitatibus Aethruscor⁹: quor⁹ res preclaras, cum Italiae & urbis Romae illustratae celebraret, fertur uolens preterisse: ob quod a nonnullis Imperatoribus doctissimis, bibliothecis exturbatus putaret, exturbassentque, nisi doctissimorum hominum auctoritati cederet. Nero ex his erat, homo ut erat nequissimus, ita fertur literatissim⁹. Sed si extabant antiquitates Aethruscor⁹, quas ille stilo poliret: cur non alij post eum nihilo minores, opera sibi illustrandis Aethruscis desumpserunt: nihil enim legimus, preter id quod etate nostra Viterbiensis quidam, ex rudibus collapsorum operum nuper admonit⁹, scrutat⁹ est fragmenta uetustorum operum, ex originibus Catonis, ex Itinerario Antonini, ex Myrsilo, ex Sempronio ac alijs Romanis, & plerisque Grecis scriptoribus. Sed haec interim.

CA. XX.

Vratislavia fundatur.

Neclam rex

Proceres pro rege pugnant

Vratislavia cadit proelio.

Turingi perfidia.

Cogit deligere genus mortis.

Borsinoius

Nata rex Bohemiae duos reliquit filios, Vrisslaum & Vratislaum. Vrisslaus maior natu successit in regnum. Frater contentus portione ditionis in ea quae nunc est Slesia, preclaram urbem fundauit, de suo nomine Vratislaviam (Breslow uulgo appellat) Quae res indicat omnem tunc Slesiam paruisse Bohemiae: quod & diu post fecit, donec Ungariae reges eam ad sua iuga cogerent: quod & nouissimus fecisse Matthias agnoscit, Sed illo sine prole moriente, cum Wladislaus Bohemiae rex etiam Ungariae imperasset: reddite sunt regnorum limites in antiquam possessionem: ut & Slesia, sicut ante, pareret Bohemiae. De Vrisslao autem Bohemiae rege, nihil nobis reliquum est, nisi quia filium reliquit regni successorem, Grezomisslaum, qui alio nomine dictus est Neclam: cuius sub imperio fundata est (quod diximus) Vratislavia. Vratislauius patruus regis, ubi comperit ignauiam ex fratre nepotis, indignum regno iudicans, deturbare illum conatur, bello illato. Sed non sunt passi proceres iustum sanguinem regno priuari: Bellum pro rege suscipiunt. Et ut regis speciem bello preferrent, hominem habitu corporis regi non dissimile bello perficiunt. Is regis usus ornamentis, ubique rebus gerendis strenuus aderat: aciem ausus opponere hosti Vratislao: ibi cum pertinaciter uiri fortes rem gererent, cessit fortuna cum uictoria partibus regis. Vratislaus in proelio cadens, luit perfidiae suae meritas poenas. Reliquit autem moriens Vratislaus, impuberem filium: cui tutorem fieri curauit rex, uirum quem rebae paruulo fidum, natu Turingum. Is regnandi cupidine correptus, paruulum de medio facit, simulato morbo, aut improviso casu, qui illum absumpsisset. Non potuit scelus occultum remanere, prodijt ad Bohemiae regem Neclam, qui hominem parricidij reum, persequitur corripitque. Comprehensum iam morti destinatum, donat arbitrio, ut genus sibi mortis deligat. Ille faciliorem lethi uiam amplexus, suspensio uitam, finiuit. Arbitrantur enim, intercepto spiritu: omnium esse promptissimam moriendi uiam. Sed informe hoc genus moriendi, uates dixerunt.

CA. XXI.

Eclam ubi uiuendi finem fecit, Nostericum filium regni reliquit successorem: nec est aliud quod super huius regis nomine preferat annales, nisi quia patri successit in regnum, neque nobis diuinandi ars est neque fingendi animus: ut, quae tradita non sunt, efferam⁹. Borsinoius illi su-

LIBRI PRIMI CA. XXI. ET XXII.

lius erat, patri successit in regnū. Peruenit autē ad tēpora Arnulphi Imperatoris: hoc est, ad annū a Christo nongētesimū: unde facilis cōiectura est, abauū eius, uel tritauū non emigrasse Croacia, in quā etate Zethi, necdū Wandali se contulerūt. Primus hic memorat, qui Christi sacra inter Bohemos subierit: matre enim preuia, fidelis hic factus Christianus deo fidelis inseruiuit: parēs imperio Z wātocopij, regis Morauorū: qui tum Bohemis, Polonis, Slesitis, unus imminebat. Sed hic interim stilum figemus, ne nimiū longe relinquamus tempora, quę in rebus Wandalicis, quāto fieri potest diligentius, cōsectabimur: aliorū principū rebus atq; tēporibus, ad ostensionē ueritatis coaptātes: redituri deniq; ad eas Bohemorū res prosequendas cum Polonis, ubi tempora Imperatoris Arnulphi cōtigerim: quibus longe nunc agimus.

CA. XXII.

Constantinus Magnus erat in imperio, qñ magnos in oriente motus exciuerūt Wandali: Nam bello magno uicti a Giberico Gothorū rege, in Romanis prouincijs, ab Constātino Magno sedes petiere: impetratūq; illo concedēte, in Pannonijs. Tanta erat gentis multitudo: ut illis Russia, Polonia, Bohemia, Morauia, Slesia, anguste uiderentur. Ergo in Pannonijs ab Imperatore concessis, annis sexaginta confederunt. intantū Romanorū principibus se fide & constātia insinuarūt: ut eorum proceres in aulam traherentur imperialē: facti inter proximos primi: quod in Stilicone claruit: duorū sine medio Imperatorū, alterius gener, socer alterius: quod suo loco dicemus. Refert Sigibertus Gemblacēsis monachus, Gallorū scriptor memorabilis, Wādalos sedibus suis pulsos a Gothis, in Romanas prouincias trāsisse, & usq; ad annum. XIII. Archadij & Honorij Imperatorū, sedes tenuisse. Igitur Wādali, qui dudū Sarmaticos impleuere campos, quorū magnā partem hodie tenent Russi, congenites, maiorē Tartari, primū ab Hunis, in eisdē locis & regionibus tum dominātib; partim ad occiduū & aquilonē pulsi, partim ad Danubiū acti: unde a Gothis propulsi, ad interiora Pānoniarū coaluerūt: sequuti exemplū gentium ceterarū, largioribus sedibus querēdis, operam impenderūt. Audierunt ante se Gothos Thracias & Grēciā occupasse, & iam in Italiam motus meditari: non ignorantes, qd dudū Galli prouincijs penetratis, in Asia sedes accoeperint opulētas. Statuerūt & ipsi fortunā pertentare: assumptis secum Suguis atq; Alanis, ad ripam fluminis Reni confederūt: ibiq; uelut in limite Romani Imperij, primas sedes firmauerūt: & crebros burgos erigentes, Burgundionū nomen a uicinis accoeperūt. quāq; hoc uocabulum uetustius sit, q̄ ut ibi, & illo tēpore exortū, credat. Nominat Plinius Burgundiones, quos partē esse testatur Wādalorū. Ille autē longe ante hec tempora scripsit, sub Traiano. Sed iam in Romano erat Imperio, Valentianus. Anno post natum Christum. CCCLXX. Hic cum esset princeps ad regendam rempublicā uigilātissimus, & in hostes fortissim⁹: eius tum & metus, & reuerentia, detinuit Wandalos, ne ultra progredērētur. Extat testimonium Cornelij Taciti, apud Blondū (nam integrā Cornelij historiā hodie non tenem⁹) Eam partem Wādalorū quibus postea Burgundionibus

Rex Bohemie Christi-
anus.

Wandali uicti a Gothis

Wandali in Pannonia annis LX.

Sigibertus.

Wādali per Hunos pulsi

Wādali Sugi uel Alanis socij.

Plinius de Burgundionibus.

Blondus allegat Tacitū,

erat nomen, ad octuaginta armatorū milia, ultiores Reni ripas, hoc est nostri lateris a Germania, quas Itali uocāt Vteriores, in sedisse: quos Druſus & Tiberius Cēſares, poſt ſubactam interiorē Germaniā, in ſedes proprias repulerūt. Ergo ſedibus ſuis Wādali longe ante hęc tempora egreſſi tentarūt fortunā apprehendendę nouę regionis. Patrię autē Wandalorū ſedes fuere Sarmatię latiffimi campi: quorū laterā etiā hodie tenēt, Ruſſiam, Poloniam, Bohemiā. Sed mediterranea uaiſſimorū hodie locorū tenēt Tartari. Sed cum adhuc in Pannonijs habitarent, tantū eualuit gentis fortuna, ut principes gentis paulatim Romanis Imperatoribus fierēt cōmendatiſſimi: e quibus Stilico dux acerrimus & fortiffimus, apud Theodoſiū magnū Imperatorē, in id excellentię excreuit, ut Imperatoris florentiffimi filiam coniugē mereretur: & ipſo uiuēte Theodoſio, maximas res gereret: intantū, ut Theodoſius moriens, imperiū occidentale, cum Honorio filio illius fidei & prouidentię permitteret: cui etiā tam charus diu māſit: ut ambas eius filias, alteram poſt alterā, duceret Honorio cōiuges: ſed utraq; integritate uirginali deceſſit.

Sedes patrię
Wādali.

Stilico charus
Theodoſio.

Stilico Honorij tutor.

Cū Stilico
ne floruit &
cecidit imperium.

Vicit Gothos.

Gloria nō caret inuidia.

Dem Stilico comes, Honorij tutor, & regni administrator, cum apud orientē proteruire ſentiret Ruſſinū, qui pro Archadio rem ſuſcepit: deturbato per arma Ruſſino, ſeruauit Imperiū Archadio legitimo heredi. Cuius uiri laudes qui noſſe uolet, legat Claudianum inſignē illorū temporū poetam, qui multis operibus eius uiri laudes attolli. Quę tempora uelut faſtigiū quoddam, & quoddā uelut culmen totius Romani imperij, Blondus declinātis Imperij ſcriptor, optima ratione deputauit. Nec ab re Wādali eam rem in ſuę gētis gloriā deriuāt: aſtruentes cum ſuo Stilicone florente, Imperiū una floruiſſe: & cum eo cadente, pariſter cecidiſſe. Nam illi ſunt protinꝰ mortē Stiliconis caſus cōſequuti, ut euidentiſſime apparet, fortiffimi ducis & prudentiffimi uiri cōſilio, ſteriſſe imperij gloriā: q̄ eo ſubtracto, mox omnia dilaberētur: Gothi uaiſtarēt Italiam, peruaderent urbē Romam, & eam maculā inurerent Imperio, quam nunq̄ potuerit abolere. Interea uero Stilico, cum maximas res in cōſularibus ſuis peregiſſet, Radagaiſum Gothorū regem cum ducentis milibꝰ ſuorum in montibus Feſulanis cōcluſiſſet, & fame premeret obſeſſum, ut fugam relicto exercitu intentaret: ex quā captus ad Stiliconē pertractꝰ, Romano in carcere maceratus, occiditur: infinita illa barbaries capta, ergaſtula omnia implet, nec eſſet domus quę ſeruū ex illa colluuię hominū non haberet. Cum tāta ergo facinora ad reipublicę ſalutē & gloriā peregiſſet, non potuit gloria carere inuidia, & ab ipſis Gothis (ſi dijs placet) Imperatori deſertur, q̄ non recte adminiſtraret rem publicā: quaſi ad preſcriptum barbarorū, & hoſtium, qui ſuis armis Romano populo minitarētur occaſum, res eſſent procurandę. Culpatur, q̄ eius dolis, cum pararet filio imperium, Saulus Hebręus, copiarū ductor ſub illo Gothiſ ſacro Paſcę die armis incubuiſſet, cum illi ſacris eſſent intēti, quaſi nō hęc ſine Stiliconis fraude & cōſilio geri poſſent. quod autē talem preſecerit exercitui, qui Hebręus Chriſtiane genti infeſtus eſſet, quis culpandū duxerit, q̄n in deligendis

LIBRI PRIMI CA. XXIII.

ducibus non religio, sed militaris rei peritia solet spectari. Euocasse cōtendunt Stiliconē, ut filio aditū strueret ad imperiū, Wandalos, Sueuos, Alanos: quasi non illi suo ingenio aliorū exemplo, ad res novas possent aspirare, ab illo non inuitari.

CA. XXIII.

In ceteris spectatur rei militaris peritia.

Num Orosij testimoniū omnes in Stiliconē efferunt: quod quale sit libet intueri: quā Wandalorū preclaras res scribentē, par esse cōfido, tueri que possunt uideri non recte culpata. Interea, inquit Orosius, comes Stilico Wandalorū imbellis, auarę, perfidę, ac dolosę gentis genere editus, paruipendens quod sub Imperatore imperabat, Eucherium filium suū, sicut a plerisque traditur, iam inde Christianorū persecutionem a puero meditatū, imperio quoquo modo substituere nitebatur: quāobrem Alaricum, cunctaque Gothorū gentē, pro pace optima, & quibuscūque sedibus, suppliciter & simpliciter orantē, occulto foedere fouēs: publice autē & belli & pacis copia negata, ad terendā terrendaque rēpublicā seruauit. Preterea gentes alias copiis uiribusque intolerabiles, quibus Galliarū nunc, Hispaniarūque prouincię, premuntur: hoc est, Alanorū, Sueuorū, Wandalorū: ipsosque simul motu impulsorū Burgundionū, ultro in arma sollicitās: detereso semel Romani nominis metu, suscitauit. Eas interim ripas Reni quātere & pulsare Gallias uoluit: sperās miser sub hac necessitatis circūstātia, quia & extorquere genero imperiū posset in filiū. Hęc sunt que in caput Stiliconis accusans, congerit Orosius: cui si licuit uita functū de honestare conuitijs, cur non licebit accusatū tueri? & ita quod tuū est pugnare cum laruis, Imbellē ais gentē Wandalorū, cui cessere Gallię, Hispanię, & tertia mundi pars Aphrica: nec ualere ulle in eam Romane legiones. Auarę. Credo quia aliena inuaserat, quia terras non suas occupabat, quia late querebat dominari. Si hoc est auaricię, auarissimi fuere Romani tui: qui cum toto pene terrarū orbe rem habebāt: quibus neque Europa, neque Aphrica suffeceret: sed in Asia quoque magnā occupauere partē. Perfidę ac dolosę gētis. Si hoc improperas, quod Arriani fuere? Doctorū ea causa est, qui errorē disseminauerunt: nō indocte multitudinis, cui facile persuaseris in religione quidlibet. Dolosę gentis: quia insidijs potius quam armis pugnari. Quid si grāmatici opponant: dolus, an uirtus in hoste requiratur? & tñ crimine ab uno totā cōmaculari gentem: uide quale sit. Romani ergo perfidi, quia Catilinam protulerunt: & apostoli, quia Iudam? Videam? quid obijciat criminoso? Eucherium filium sicut a plerisque traditur, iam a puero Christianorū persecutionē meditatū. Ergo, quod incerto authore crimen attentatē damnationem meretur? quasi non sint innocentissimi uiri, maximis aliquando criminibus falso insimulati. Nam quid egit primū Scipionē in exiliū: quid postea Rutilium? Breuius omnia dico, quod ad alia festinat oratio. Suspicionem criminis in crimen uocas: & quod fortasse emuli cōfinxere, tu pro ueritate enūcias. Si suspiciose dicis, non legitime accusas. Alaricū occulto foedere fouit: cur igitur Alaricus apud Honorium accusat Stiliconem? de quo testis est Blondus. Alias gētes excitat, ut Romano Imperio motus cōcitet, quid si cōgentiles suos cōmonere uoluit, ut a gente Gothorū sibi caueant: & ita

Authore carpit Orosius.

Turpe est de honestare mortuum.

Europa & Aphrica nō sufficiebant Romanis.

Boni uiri alij quā crimibus insimulantur.

• **Stilico occi-
sus.** **Roma nullo
negocio cap-
pta.** **Crosus rex
Burgundio-
num.** **CCC. milia
pugnatorum.** **Wādali fur-
dant regnū
Burgundie.**

præripiāt precedētes in Gallias. his ergo criminibus uelut accusatore Oro-
 sio occisus est ab Imperatoris satellitio Stilico. Sed iusta illum mox conse-
 quuta sunt præmia: mouerūt in Italiā redeuntē, Gothi: peruaserūtq; nec
 erat qui obganniret. Quid? nisi mors Stiliconis inuitasset homines, itinere
 suo transissent in Gallias. Sed qm̄ cesso Stilicone, non superesse sciētes quē
 formidarent, reuersi sunt: Italiam euastauerē. Illa terrarū orbis dominatrix
 urbs Roma indefensa, nullo negotio capta est: nō erat qui gladiū pro illa
 distringeret. & illi subuersores Stiliconis, qui sub eo fortissimo suo duce,
 a ducentis Scytharū milibus securi fuere, iam sub medio uix hostiū nume-
 ro ita compressi iacēt, ut se cōmouere uix ausint. Nos uero tanto post tem-
 pore omīssa deploratione, cœpta prosequamur. **CA. XXV.**

• **Crosus ca-
ptus necat.**

Roscus in Wandalis Burgundionibus rex erat, cum Gothi iam
 relicta Italia, Gallias uastarent: Franci uero Germani, qui postea
 nomen suū Gallijs inuexerant, iam transito Reno in Gallijs erāt:
 ea cum cōperta haberent Wandali, iam burgorū suorū, ad Renum māsiō-
 nibus non contēti, & ipsi agmine facto, Renū transierūt: pugnatorū erant
 trecenta milia: nam & Sueui & Alani illis se agminibus iunxere: & ubi in
 Gallijs ante se Francos reppererūt: instigātibus Sueuis, quorū erat ad Fran-
 cos perpetuū dissidium, dictos Francos aggressi armis, in Germaniā redi-
 re cōpulerūt. Ibi tum Burgundiones, hoc est Wādali, qui tam diu in bur-
 gis ad Renum cōfederāt, certas sibi sedes in Gallijs delegerūt: apud Edu-
 os, Lingonas, Vesuntios: nobileq; diu regnum Burgundie fundauerunt:
 quod post aliquot secula in ducalem redijt administrationē, in qua nunc
 per Karolum nouissimū ducē Burgūdie, deficiēte uirili stirpe, magnis in-
 teruenientibus bellis, ducatus coronę Francie adunatus est. comitatus autē
 permāsit apud Philippū, sanguine materno ex Karolo natum. Hęc est igi-
 altera Wandalarū gloria. Nam primū in Stilicone ad gubernacula Ro-
 mani imperij cōscenderūt: deinde q; in Gallijs locupletissimū diu regnū
 cuius hodie potēti ducatu ac comitatu magna extare uestigia in foelici ter-
 ra, genti suę ac posteris fundauerūt. Nam Burgundiones esse Wandalo-
 rum genus, si non aliunde constaret, locuples nobis testis Plinius in natu-
 rali historia satis astrueret. Wādali autē ceteri, fratribus iam ad quietē re-
 ductis, qua in re quāta fuerit emigrantū multitudo, facile perpēditur. Du-
 ce Crosco Gallias peruagati, multas urbes, plures ecclesias subuertunt: dū
 tñ incaute rex ipse excurrit apud Arelatū, a Martiano loci pro Romanis
 præside, captus: & per uictas spoliataq; a se urbes, ignominiose tractus, ad
 mortem usq; excruciat. **CA. XXVI.**

• **Populatur
Gallia.**

Gitur cum Burgundiones acceptis iam sedibus conuiescerēt: re-
 liqui Wandali, Sueui & Alani ulterius progressi, Aquitaniā in-
 uasere, populationibus intenti: transissentq; mox in Hispaniā, nisi
 Pireneorū montiū saltū, partim Honoriacis militib; partim ab accolis de-
 fensi, transitū illis fecissent difficillimū. Itaq; ad mediterraneā Galliam re-
 uersi, uastationi & præde insteterunt ad satietatē: non enim erat qui tuere-
 tur. Ergo progressi, cū regē Crosco ad Arelatū captū amisissent: non sunt

passi esse sine rege, quē ex corpore suo Wādali, non ex Alanis, non ex Sueuis assumpserunt: unde perspicuū est, Wādalos in illa gentiū colluuiē fuisse priores, & multitudine & authoritate ceteris pręstātes: ut in assumptione regis nulla Sueuorū, nulla Alanorum habita sit ratio: quibus & illi nobilitatem plurimā & proceres haberēt: Assumptus est ergo ex Wandalis rex Modogisilus, cum adhuc in Gallijs Wandali manerent. Iam uero Franci pridem in Germaniā a Wādalis retroacti, resumptis animis, & roborati uiribus, in Gallias redierunt: certi prouincię partē a Wandalis defendere obijciuntque se armati regi Modogisilo, non passi excludi regione fatali. Igitur res ad preliū peruenit, ausi Franci iterū tētare fortunā, prodierunt in aciem: & tum illis adeo omnia fuere prospera, ut regē ipsum Wandalarum superatū, cum uiginti milibus opprimerēt. magna proculdubio uictoria, magno prelio uictores, & ut Sigibertus Gallorū historicus testatur, Wādali ad internitionem tum cęsi fuissent, nisi Resplendial Alanorū dux tum superueniēs Wādalarū uiribus accessisset. Ea tum clade accepta, de transitu Pireneorū montiū Wādali deliberauerunt: nam in Gallijs palestranationū, Franci, Gothi, & Romani, proelio semper erant excipiendi. Ergo obseruauerunt tempora, & ubi primū data est oportunitas, emigrarunt, uacuifacis enim faucibus montiū per mutuas cedes custodiū, iam Hispanias petunt: ibique per annos fere triginta cum cōmilitonibus Sueuis & Alanis diu constiterunt, & postquā omnia in Palentinis (sub Pireneis ea prima est Hispaniarū regio) abraferūt, ad Asturgā amnē peruenerūt: eiusque fluentia sequuti, eiusdem nominis urbē circūfederunt, oppugnarūt, cęperūt: ibi ingenti pręda locupletati, ad ulteriora progredi cęperūt, Toletū peruenere hanc exemplo Asturgę capere sperātes, magno conamine obsederūt: oppugnarunt quidem strenue, sed expugnare non poterāt: quod ciues necessarios defensionis apparatus habuere: fortiterque suam sunt tutati ciuitatē. Agros uicosque in ea regione uastantes, secundū Tagi fluminis fluētā ad Ulisiponē preclarā urbem peruenerūt: iam edocti experimēto muratas urbes defensionis paratas posse uim eorū eludere spemque frustrari: obsidionē quidē monstrabāt, sed pacta & accepta a ciuibus ingenti pecunia, abierūt. XXVII. Vndericus Modogisili filius, iam rebus in Hispania pacatioribus, regnat post patrē: pręfuitque annis totis sedecim. Per que tempora satis quieta, cum iam Beticā prouinciā sortiti Wandali tenuissent: Gothi in Gallijs sibi fixere sedes: Capta tum a Wādalis Valentia ciuitas Galliarū Hispaniarūque media, patientibus Romanis: quod iam ex omni terrarū orbe imminerēt noui tyrāni, noui principatus. Sed Wādali locupletati pręda, iam de sua quiete cogitarūt: quod & fratres suos in Burgundia fecisse, & iam Frācos Gothosque in Gallijs, audiuerūt: cęperūt & ipsi ambire, ut pacatis rebus, aliquando cum liberis & cōiugibus sedes haberent quietas. Itaque Hispanias iam pene Romano imperio liberatas inter se sortiri cęperūt: prouenitque Wandalis, ut diximus, Beticā uberrima ac ditissima prouincia, nunc Granata dicta: quam paucos ante annos Fernādus Hispaniarum rex clarissimus octingentos pene per annos a Mauris possessam, re-

Modogisil⁹
rex Wādali⁹

Franci superant Wādalos.

Mutuas cedes custodiū.

Asturga expugnata.
Toletum defendit se.

Ulisipones paciscitur.

Gūderic⁹ rex

Gothi sedes in Gallijs.

Wandali inter se sortitur Hispanias.

Alani exter-
minati.

Ignauus Im-
perator.

Rex a demo-
ne corripit.

Constantius.

Bonifacius
Comes.

Quod officiu
Comitis oliu.

Qui nunc
Comites.

Comestabi-
lis.

cuperauit, ac Christiano nomini reddidit, Alanis & Sueuis inter se Lusitaniam partientibus. Quorum Alani paucos post annos, a Romanis, annitentibus Wisigothis in eadem prouincia manentibus, sunt exterminati. Sequuti autem Wandali cum Sueuis exemplum Wisigothorum, pacem a Romano Imperatore Honorio postularunt, & facile impetrarunt: quod dicerent se inter alterutrum digladiaturos, Romano tamen Imperio obsequuturos in quacumque regione uocarentur. Ignauus Imperator, & qui nulla, nisi per duces bella gesserit, facile poscentibus pacem indulsit: quod Constantius sorori eius, iam ab illo Cesar declaratus, qui Alanos uicerat, rebus in urbe Roma turbatis, in Italiam reuocaretur: cum Tertullius quidam ex patritijs, Augusti sibi nomen asciuisset. Ita factum est: ut Wandali in Betica opulentissima regione diu quieti consisterent. Gunderici autem regis hic exitus fuit: cum capta Hispali preclara ciuitate Betice regionis impie manus in ecclesiam mitteret, mox dei iudicio, a demone correptus interijt. Frater autem Gensericus, exemplo illius territus, modestior imprimis apparuit: sed procursum temporum, alius est inuentus. nam diutissime (quod dicemus) regnauit.

CA. XXVIII.

Constantio, qui germanam Honorij, pridem nuptam Gotho, teneret coniugem, iam ad Augustalem dignitatem assumpto: cum Honorio, qui diutius quam imperij sub eo ruentis calamitas pateret, Romano preesset Imperio: aliquandiu res Romanę fulcite sunt. Sed Constantio primū, deinde Honorio Augustis de medio factis: Iohannes quidam Augusti nomine tyrannidem inuasit: cui Castinus magister esset militum: uir barbarus, origine Scitha. Bonifacius autem comes Thrax genere, uir Christiani nominis amantissimus, & maximi doctoris Augustini, tum in Africa florentis familiarissimus, pro Romanis Imperatoribus tum Africam gubernabat. Opere precium iudicauimus, quia comitum nomen illa tum primū etate inclaruit: ut Stilico Theodosij, Constantio comes Honorij, & Bonifacio Valentiniani diceretur, agnoscere, qui tum fuere comites: quid dignitatis, quid officij preterulerint. Equidem arbitror, qui cum Senatus reipublice administraret, rexere prouincias, proconsules: & sub Augustis inde imperatoribus, prouinciarum presides dicerent, aut prefecti pretorij: hi postea sub Imperatoribus iam imperio declinante, comites dicerent. Erat inquit comitatus Imperatoris Mediolani: Quid uult insinuare aliud, nisi quia publicum Imperatoris consilium ibi quiescebat. Comites ergo in prouincijs habebant: qui in quacumque prouincia publicum fouebant consilium. Hoc ipsum & epistolę Augustini sonare uident. Aetate autem nostra longe aliud prefert comitis nomen, inferiorē scilicet nobilitatis gradum, sub duce, supra barones. A consuetudine uero Imperialis curię, a memoria diui Iustiniani legum parentis, uarij erant comitum ordines. Erant enim officia palatii Imperialis: quod tituli librorum Codicis nouissimorum satis ostendunt. A qua etiā consuetudine dictum existimo, quod in Italia & Francia comestabilis dicitur, qui dignitatem primam tenet sub principe: ut administratio rerum bellicarum illi deferatur. Sic dicitur, quia dignitas illi permanens sit, cum aliorum administratio sit temporalis. Sunt tamen, qui comitem stabuli putent appellatum, quod equis & armis preest, & perinde ductor sit copiarum equestrium, quod

olim erat magister equitū. Germani illū uocant marscallū: quod unde dicitur sit uocabulū, adhuc requiro: nisi quis a Marte dictū arbitret. Galli quoque uocāt senescallū, in cōsilio prepotentē. Sed hec haften? XXIX.

U^m ergo post Honorii Iohānes occidentale occupasset imperiū

c Castinus Senator & excōsul, & adhuc magister militū, sub quo cōsule Bonifaci^o comes sacramēta militaria reipublice prestitisset: quia idē Bonifaci^o non annuitur^o uidebat imperio, qd Iohānes apprehendisset, agente Castino, hostis reipublice iudicat^o est. Id cum beatissim^o Augustin^o ex Italia cognouisset, Bonifacio in Aphrica manēti, & hec ipsa tum fortasse nō ignorantī per literas intimauit. Interim Castinus parato cōmēatu, militibus, & armis in Aphricam traiecit: idq; diu^o Augustinus cōcitantia nunciavit Bonifacio: nec ille dormitabat, quomin^o exercitum & ille cōscriberet: quem opponeret uenienti ab Italia Castino. Augustin^o uero sanctissimus episcop^o, se pro autoritate quā apud omnes merebatur, & pro familiaritate quē illi cum Bonifacio magna fuit, intercipiēdo bello operas impendit, & curauit, ut inuicem duces ipsi uenirēt in colloquiū. Iurato etiam fœdere qd cōmunibus consilijs rempublicā administrarent. Fidem faciebat Augustin^o Bonifacio: cui ille credidit, quia suspexit animū perfidi Scythę qui Christo nō crederet. Insidias tñ iurat^o instruxit Castin^o, quas ubi cōperit Bonifacius arma cōparat. Prælio res erat dirimēda. cōcursum est magnis utrinq; uirib^o: sed is fuit exitus, ut Bonifaci^o uictor, minimo suorum sanguine, multos aduersariorū perderet & coact^o est cedere Aphrica. uictus Castin^o. Hęc omnia Augustini epistolis explicant ad Bonifaciū, & uicissim illi^o ad Augustinū. Iohānes tyrān^o cōperto qd Castin^o uictus cederet Bonifacio: cum de Aphrica multū illi esset momēti: dimisso in Italia reb^o curādis Castino, ipse cum nouo exercitu Aphricā repetiuit. XXX.

i Nterea Theodosius. II. audita patruī Honorij morte, & Iohānis tyrānide Valentinianū. III. ex Cōstantio, quē creasset Honorius Augustum, & ex eius germana filiū Cēsarem fœcit. Ille ex orientibus ducib^o rei militaris peritissimū Ardaburū ducem legit: quem in Italia opponeret Castino. Quo authore cū aliquot leuia essent peracta prælia capitur Castin^o militibus eius ad Valentinianū iuste successionis Imperatorē rem facile trāseuntibus. Capitur & Ecius uir primari^o quem & ipsum ducerent suspectū. Castin^o mittitur in exiliū. Ecius autē qd plurimū reipublice necessari^o esset, ad cōtinendos in fide Hunos & alios barbaros, quibus esset ille cōmendatissim^o preficitur Gallijs: ubi Burgūdiones oppugnans pacem illis cōcedere cōpellit, qd iterum Franci cū armis in Galliam transtulerunt nobile regnū in loco Parisiorū fundātes, quod ab illis hodie nomē tenet ut a Germanis Frācis regnū Francię sit deinde semper dictum. Interim Iohānes tyrān^o Bonifaciū pro Imperatore agentē, fortiter oppugnat: sed dux Christian^o fide plen^o, & sacerdotū orationib^o innixus, hostem uincit & ut nōnulli sunt authores occidit. Valentinian^o autem male grat^o Aphricam de manu Bonifacij extorquere conat^o, multa facit. bene autem sibi ac reipublice cōsuluisse: si fidelissimū uirū fortiter pro Romano imperio &

Marscallus

Senescallus

Bonifacius
hostis declaratur.Augustinus
intercepit
bellum.Castin^o iuramentū uiolat

Iohānes tyrānus.

Ardaburus
dux.Ecius captus
& liberatur.Iohannes oppugnat
Bonifaciū.

- **Sisulph⁹ in Bonifacium** Imperatorib⁹ agentem intentatū reliquisset. Non enim patitur se uir fortis suis præmijs etiam a quolibet fraudari. Igitur cū Valentinian⁹ Mauortiu ac Gallionem Bonifacio duces immisisset: Bonifacius illos mox terram tan gentes oppressit. Demū Sisulphum, quem habebat ex ducibus prestātissimū opposuit Bonifacio: qui in Aphricā cum exercitu trañciens, occurrit comiti, & inito prælio cedit Bonifacius in Mauritaniā. Inde cū suis iam uiribus diffideret, mittit in Hispaniā Beticā regionē, inuitās ad societate bel li regem Wādalorū: optionē illi pmittēs, siue uelit stipēdijs militare, siue re gionis prædā sumat in premiū, siue urbū partē in possessionē. **XXXI.**
- **Bonifaci⁹ uocat Wādalos in Aphricā.** Enseric⁹ frater Gūderici, fili⁹ & ipse Modogisili, tum regnū in sua gente Wandalorū tenebat: qui auditis magnis militie præmijs, in quibus & hoc erat cōstitutū: si mallet accipere partē regionis in habitandā: multa mouens animo, tam grandia militie stipendia cōtemne re non potuit. Adiuuit eam animorū inclinationē Gothorū, quam in Beticā & reliqua Hispania perpeffus est quotidiana pressura. Nam Gothi pro antiquitate & magnitudine rerum gestarū inuidebāt Wandalis: uelut noue genti opulentā regionem. Inde arma etiam inferre ipsis pro Beticā para bant. Hoc cum rescisset Genseric⁹: facile Bonifacij cōditiones amplexus in Aphricam emigrare, cum tota sua gente disponebat. Annus erat post natū Christum, CCCCXXX. ad supputationē Eusebij, cum Genseric⁹ Wā dalorū rex, & tota eius subiectio, in quibus erāt Alani plurimi, cum uxoribus & liberis, & omni familia, cumq; locupleti & omnigeni præda rerum, quam per multos annos ex Romanis, puincijs: ex Hispania, ex Gal lijs cōportassent, in Aphricā traiecit. Wisigothi uacuefactā Beticā mox in uadunt. Alani autē & Suguui suis etiam sedibus expulsi a Romanis ducibus in eandem Beticā ad Wisigothos cōcessere: unde cōflatū arbitrat Blondus genus Catalanorū, ex Gothis & Alanis. Interea Genseric⁹ in Aphrica de cetis sibi ac suis a Bonifacio urbes ingreditur, maxime autē maritimas illi partes deputauit: quo magis propugnaret, & hostibus ex proximo magis opponeretur. Sed Wandali, non cōtenti datis urbibus & agris, late popu lantur uicinia. Carthaginē tñ & Hipponēsem regionem ab his, Sisulphus egregie tutabatur. Ita factū est ut maiori Aphricę parte, statim Wandali potirentur, & Imperator, qui administrationē Bonifacio inuidit, nec ipse habuit nec Bonifaci⁹ retinuit. Wandali uero ab Imperatore pacem habue re: pmissaq; est illis ex foedere magna pars Aphricę. Imperator deinde Va lentinian⁹ Sisulphū Carthagine in Italiam reuocauit: iam filius paci & fœ deri, quod illi cum Wandalis esset. Cogitauit enim Sisulphum opponere Hunis & alijs nationib⁹, que cū Attila rege Gallias inualere. Sed decedē te Aphrica duce Sisulpho, Genseric⁹ fœdera cōtemnēs, arma parat in Car thaginē: quam aliquādiu impugnatā capit, mox transitur⁹ in prouinciam Hipponēsem. Ita Carthago que ānis. DXXXV. suberat Romanis cœpit esse Wādalica. Incluta nimirū ciuitas, & in terrarū orbe uni uix cedēs urbi Romę: cunctis alijs illustrior, potentiorq;. Vixerat adhuc diu⁹ Augustin⁹ cum iam Wandali Hipponam ciuitatem, in qua episcopatu gerebat, obli
- **Gothi inui debāt Wāda lis.**
- **Alani cum Wandalis.**
- **Wisigothi i Beticam.**
- **Catalani.**
- **Wandali nō seruant fidē Bonifacio.**
- **Wādali pacē cum Imp.**
- **Attila in Gallias.**
- **Carthago facta Wāda lica.**

LIBRI PRIMI . CA XXXII.

dere cœpissent, & impetrauit a dōmino ne captā uideret urbē. Itaq; tertio obsidionis mense migravit ad dñm: quod postulauit, ut aut ciuitatē obsidione, aut se carne, eximeret a dño impetrauit, De Bonifacio uaria fama est. Nam Genserico qui Imperatoris foedera cōtemplit, pacta Bonifacii nō potuit magnifacere. Sūt qui nauigasse ferūt in Italiam, sed nō est uerisimile uenisse illū sub oculos Imperatoris, cōtra quē Aphricā defendit, & iā Imperio abalienauit. In Hippone regio in cōsolationem magni Augustini pugnassee illum libet credere: donec qualicūq; cōditione ciuitatem a Genserico redimeret: ut ibi priuat^o in pace quieuerit, non passus ab Augustino in morte separari, quē in uita plurimū dilexisset.

Obitus Augustini.

Bonifacius priuat^o obiit

CA. XXXII.

Genserico aut protulit imperium ad omnē, quē latissima est Africam usq; ad Aegyptū et Aethiopiam. Quo tempore, cum immineret Gallijs Attila, neglecta est ab Ecio, Britānia, cum illam Scoti Pictiq; premerent & inuocatis Saxonibus Anglis, primū ab illis defensi postea ab eisdē pulsi & subacti sunt Britones. Inualescentib⁹ in eum modum Anglis Saxonibus, ut prouincia exinde mutato nomine ex Britānia dicta fuit Anglia. Et hęc alia Germanię laus non uulgaris. In quācūq; enim regionē manus iniēcere Germani, mox illi regnū firmauerunt. Teneamus enim tria ab illis regna breui cōstituta, paucis interpositis annis, Burgundię ab Wandalis: Francię a Germanis Francis: Anglię ab Anglis Saxonibus. Super omnia tertiā mūdi partem Germani Wandali iam tenuerūt imperio. Declinatio hęc fuit maxima Romani imperij: quādo per Wādalos amissa Africa, Gallias a Burgundionib⁹ & Francis tutari non poterant. Britāniam & Angliam etiam nomine mutatam, eodem tēpore occupātibus Saxonib⁹ amittētes. Genserico inde rex Africę, impatiens more, non cōtēntus Africā classem parauit maximā, traiecitq; in Siciliā: & maxima eiue parte euastata, audiuit Imperatorē respicere ad Africam recuperandam: cui⁹ spes absente Genserico magna affulsit. Nam Sebastiano comite de Hispanijs exercitū ad traiciendū cōparāte, reuersus est ad tutandam Africā suā Genserico. Sebastian⁹ aut Imperatore contēpto, de sua prouectione cœpit cogitare: nam foedera inijt cum Wādalibus in Africā: inde cum Wisigothis Alanis & Sueuis, ut sibi primū Lusitaniam cōpararet: sed delusus ab his quib⁹ se crediderat, statimq; oppressus interiit. Quo iam uita functo, prouincias suas, quas pridē tenuere Alani Suæui Gothi recuperauerunt. Et cum iam Theodosi⁹ .II. uiuēdi finē fecisset, in orientis imperio successit Martianus. Quo tempore Valentinian⁹ occidentis Imperator pacem cum Genserico innouauit, limitib⁹ iterum cōstitutis ad utranq; ditionem: quam pacem tum cupide amplexat⁹ est Genserico q̄ intelligeret inter proceres suos in caput suū initam cōiurationē: quam ut elideret, pacē libens ab Imperatore accepit. Qua etiā cōstituta, grauius in cōscios conspirationis animaduertit. Interim Gallia magno prelio cōfligit cum Attila in quo multa sunt cesa milia exterorū. Nam Ecius Romanorū patriti⁹ pro Imperatore agens sibi ascuiuit magni belli locios, quos potuit Gothos Alanos Sueuos in Attilam: qui & ipse secū multas nationes cum suis regibus

Fines Imperij Genserici.

Saxones Angli in Britāniam.

Germani cōstituerunt tria regna.

Genserico in Siciliam.

Wisigothi Alani & Sueui.

Pax inter Imperatorē & Gensericum.

Gothi Alani Sueui in Attilam.

traxit. Sed tum repulsus Attila, nō diu post cōcessit in Italiā, in qua Aq̄ui legiam diu obsessam cepit, & reliquā populatur prouinciā. Quo tempore primores regionū in uicinas paludes concessere: ibiq̄ ceptę sunt extrui Venetię. Sed procedentē ultra regem Attilam, Leo papa. I. occurrens retroęgit, mirātibus cunctis in uiro diuinam uirtutem. Sed reuersus in sua breui finem uiuendi fecit Attila. CA. XXXIII.

Venetię extrui ceptę.

Mulier ingētis spiritus Eudoxia.

CCC hōim milia in Italiam.

Leo Pont.

Capua, Nola diripiunt

Paulinus

Wādalus ad pedes Paulini ep̄i.

Interea mortuo Valētiniano cum Imperiū Maxim⁹ nomine quidam Roman⁹ occupare tentaret: Eudoxiam Valentiniani relicta etiam renitētem sibi asciuit uxorem, per eam sibi exercitus & legiones cōcilare filius. Sed mulier ingentis spirit⁹, indignatione cōcepta, fidū sibi nunciū adornauit, quē in Aphricam misit ad Gensericiū, ueniret Romanam subijci paratā in ditionē acciperet: seq̄ ab iniuria Maximi tyrāni uindicaret, Letus hoc nūcio Genserici⁹ Wandalorū rex classē iubet expediri: armat ex omni Aphrica quos poterat, Wandalos, Mauros, Numidas, hominū trecēta milia: & anno uirginei part⁹ post quadringētesimū quinquagesimosexto trañcit in Italiam. Ad insperatū tanti agminis aduentum omnis turbatur Italia: urbs Roma male sibi fidit: Maxim⁹ se perarmans cū his quas cōtrahere potuit copijs, cōgressus: facile superatur: primores urbis cū cōiugib⁹ & liberis latibula circūspexere. Supererat ad huc Leo sanctus pōtifex qui Attilā retroęgit. Adort⁹ etiam Gensericiū orat per Christum sacris parcat, si ciuilib⁹ rebus uti ad prędā uelit. Sed in tanta hominū colluuiē atq̄ barbarie, quātū potuit pōtificis precatio ac regis iussio: Maximus oppressus in Tiberim proñcit. Sacra & prophana iuxta diripiunt. Quatuordecim in urbe dieb⁹ cōmoratus, Eudoxiā Imperatoris relicta cū opificib⁹ primarijs quotquot in urbe repperit Genserici⁹ premisit in Aphricam: ipse cū exercitu ad spoliandā uastādamq̄ prouinciā Cāpaniā egreditur. Obsidetur Capua: Nola & urbes alię capiuntur & diripiuntur. Prędā ingentem cū captiuis imponūt nauib⁹ & regrediunt in Aphricā. Ibi tum Paulin⁹ Nolę urbis pōtifex inclaruit: nam precib⁹ uiduę & lachrimis uict⁹ q̄ eius fili⁹ inter captiuos esset abduct⁹ in Aphricā: cū lamēta nō ferret, medullit⁹ miserat⁹ plorātem, nauigabat episcopus in Aphricā, pollicit⁹ matri filiū, si uiueret, remittere. Venit in prouinciā, exquirat hominem, loquitur cū Wādalo adulescētis dño: ut uicaria seruitute se accipiat, iuueni libertatē reddat. Facile accepit cōditionē homo, q̄ in uultu Paulini nescio quid, diuinū cōspicaret. Redit in patriā iuuenis, nō reuertēte pōtifice. Interim horto excolēdo iussus instare, Paulin⁹ diligēter operat. Obseruabat domin⁹ eius serui sui uestigia: & ut erat Christian⁹, crebras illi⁹ orationes admiratur, uocat in partem. secreti⁹ alloquitur: quid profiteatur: quid die, in Italia operis illi fuisset: Ille se inutilē fuisse pōtificem profitetur. Miratur Wādalus, quid se spōte ex episcopo in tātā seruitutem cōieciisset Ille se lachrymis matris & diuina fraternaq̄ charitate testat⁹ impulsus: ut quouis pacto filiū matri remitteret. Audiens Wādalus ad pedes eius p̄cidit, ueniā orans. Tantū erat pōdus in uerbis, ea uultus cōstantia, ut nihil dubitaret, mox Paulinū absoluit cū honore: illius orationib⁹ se cōmendans Nec

LIBRI PRIMI CA. XXXIII. ET XXXV.

solū eum, sed merito & precibus illi⁹ omnes Nolant⁹ urbis ciues secū remittendos impetrauit. Ita pastor bonus qui pro una exibat, & se constringebat, cum multis ouibus ad caulas letus reuertitur. CA. XXXIII.

Bon⁹ pastor Paulinus.

Tetit interim Aphrica satis sub Genserico quietā, nisi quia errore inbut⁹ Arriano, multā in episcopos catholicos, & populū fidelē exercebat impietatē: multos ad martyria coegit, plurimos relegauit: audiēs deinde in Italia nouos concitari motus, q̄ nōnulli aduersus Anthemium, nomen Imperatoris in urbe sustinentē, se erexerint, occupaturi tyrannidem, in spem uenit Romanū aliq̄n Imperiū in se transferre: quod magnopere uisus est cupere. Auxerat hanc illi spem Stilicōnis recordatio congentilis sui: qui tantū in eo Imperio eualuit, ut cum stante staret, caderetq̄ cum cadente. Quid enim tertia mundi pars Aphrica tota ab illo possessa, animos facere non poterat: iam conuulsum Romanū Imperiū arripere ac subleuare. Itaq̄ classē quantā potuit maximā, in Aphrica perarmauit, & in Italiā secundo nauigauit. Accepit autē Leo Constantinopolitanus Imperator, qui primus ex Græcorū gente tenebat Imperiū, tantos ex Aphrica nunciatos apparatus: ueritus ne, si per suā quietē occidentale a Wandalis occuparetur Imperiū, laborandū sibi quoq̄ fore de suo: itaq̄ statuit occidentali Imperatori Anthemio, adhuc qualescūq̄ uires preferenti, ferre suppetias: classē ualidam expediri & ipse iubet: prefecitq̄ ex suis uirū primariū, bellorū peritū, occidentali Imperatori affinē, & perinde gratissimū: quippe cuius germanā in matrimonio coniugē teneret. & ipse Anthemi⁹ uires sibi comparat, terra mariq̄ Imperiū suū defensur⁹: classē inde suam orientali coniungit, pariterq̄ nauigātes, hostē operiunt sub finibus Populonię. Ad nauigabat Gensericus spe certus Italiā, ut prius, inuadēdi: ubi tantam uidet sibi obuiā fieri classē, utriusq̄ Imperij uiribus armatam, id enim signa prodidere, de reditu cogitabat: sed qm̄ aduersante uēto redire nō poterat, ad preliū cōleuissime agendū, ut in Aphricam sese oportune reciperet, comparabat: paulatim retrocedēs. Facile superantur a Romanis Wandali, ad pugnā leuē emissi: quibus id erat mandatū, ut hostē pugna distinerent. Ipse interea rex rem in alia tempora differēs, remeabat in suam prouinciā. & tum in urbe Roma post inuicē plures ex patritiorū genere, ad Imperiū contendebāt: & perinde nihil diu magnū in recuperādis prouincijs est attemptatū. Nouissimus omnium purpuratorū erat Augustulus Orestis senatoris filius, qui cum ad Imperiū peruenisset, maximū rerū suarum momentum in Wādalīs cōstituebat: foedus iniēs cum Genserico, ut quoties opus uideretur, in illum respiceret: nec diu aberat magna eius rei & oportunitas & necessitas.

Genserico cogit ad mars tyrium.

Leo ex Græca gente primus imp.

Arthemius, Ro. Imp.

Wandali superantur.

Augustul⁹.

CA. XXXV.

Doacer enim ex reliquijs Attilani exercit⁹, rex, ut ferebāt Herulorum, ut alij, Rugiorū: collectis undiq̄ uiribus, cum exercitu trāsibat in Italiā: & occurrentē sibi Augustuli patrē Orestē, fudit: & uictū in Placētia extinxit. Filius audita morte patris, abdicās Imperiū, purpurā ponebat: quod exinde uacabat Imperiū ad Karolū usq̄ Magnū per trecentos & amplius annos: redijt ergo Augustulus ad uitā priuatā. Ope

Odoacer rex in Italiam.

Qui fuerint
Heruli & qui
Rugij.

Pheltecus rex

Dani Lōgo
bardi.

Lōgobardi
tenuerūt Ru
giam.

Odoacer rex
Wandalus.

Scani in Ru
giam.

repreciū est agnoscere, qui fuerint Heruli, qui Rugij, quorū iste rex extiterit. Italici scriptores rem istam paucis absoluūt, de reliquijs illum Attilē fuisse: sed quę gēs fuerit, unde exorta, nemo bene explicuit. Iordanes quoque Rauennas episcopus origine Gothus, Herulos, quod in Gothia diximus, Scythas esse perhibet: ego Wādalorū id quoque gen^o fuisse contēdo, & ex multis reb^o docēdū astruo. Blond^o enim nostri tēporis scriptor Roman^o, antiquitatū diligētissim^o scrutator, cōmemorat Odoacrē regē, cū primū Italię quietā possessionē teneret, dispositis oportuno loco presidijs, in Germaniā reuertisse: & natalis soli imperiū ultra Danubiū non contēpisse: quod cum per emigrationē suam Phelteum Rugiorū regē occupasse cōperisset, illi congressum, superasse: retroque egressus: & euastata Rugilandia, redisse in Italiam: uacuā aut Rugilandię possessionē tum occupatā a Longobardis. Ista confuse narrantur ab ignaris regionū. Ceterū docuimus in Dania anno Christi. CCCLXXX. Danos sub Lōgobardorum nomine egressos Scania, minuendę multitudinis gratia sedibus suis pepulisse Rugianos, Wandalorū id genus est, qui in mediterranea pulsi concessere. Odoacrem aut in eis certū est mansisse regionibus, quas Constātin^o Magnus Wandalis permisisset ad ripam Danubi; quasque pro magna parte uacuauerant qui trans Renū in Gallias & Hispanias, & demū in Africā peruenere, multiplicata in immensum gēte. Ergo cum Odoacer transisset in Italiam, uacuefactas sedes Rugiani, eiusdem nationis & linguę, Wandali occuparunt: rege ex suis creato Phelteo. Cum aut Odoacer natias sedes necdū animo posuisset, sed cōstituto in Italia regno rediret in Germaniā ultra Danubium: uictoque Phelteo expulisset Rugianos: & terrā, quam illi pridem eiecti patria tenebant, euastauit. Nam uerā Rugiam tenebant iamdiu, ut diximus, Longobardi. Odoacer ergo per gentis suę prouincias tam facili ex Italia transitū habuit: nam illa tempestate quicquid mediū inter Danubium ad aquilonē uergebat in mare Germanicū, totū Wādali tenuere: preter regionē quā tūc mari proximā Longobardi occupauerūt: nam ab Danubio concessit prouinciā Wandalis, ut diximus, Magnus Constātinus. Illi proximi fuere Bohemii Wandalis: sed & Slesiam, & omnē Brandēburgensem Marchiā ex Wandalis captam, certissima sunt documēta: idque in Saxonia nostra ostendimus.

CA. XXXVI.

Doacrē ergo fuisse ex gente Wandalorū, & regio quā insederat, & trāsitus quē in gente tam facili habuit per longa itinera, demū ipsum indicat regis uocabulū: quod in solis Bohemis, & eius nationis hominibus solis est in usu. Vacuefactā deinde Rugilandia, eam dico, quam secundo apprehenderāt Rugiani, egressi Longobardi de prima Rugia post Odoacrem iterū tenuerūt: bis succedētes in prouincia Rugianis, quę res multos in errorem ducit. Nam anno. CCCLXXXII. Scani expulerūt sua patria, natiuęque regione, Rugianos: deinde post annos fere LXXX. cum Odoacer reuersus ab Italia Rugianos primo e Danubi; ripis expulit: deinde proximā eorū regionē uastam reliquit: eam, iterū progressi Longobardi, tenuerūt. Hoc est igitur nouū gentis huius, quā cele

bramus, decus: quod primū post extinctū in Italia Romanū Imperiū, Wāda
 li cum suo rege Odoacre, regnum Italię primi exteriorū omniū tenuerunt:
 ipsiq; Romani Imperij in Italia oppressi (si quid laudis habet) gloriā tulerunt:
 & quare timide loquimur, & non, quod res habet, enūciam⁹ uerū: Si
 est gloria Cui⁹ oppressisse Chaldeorū: si Alexātri Magni, subuertisse Per
 sarum, & Medorū: si Romanorū decus est, extinxisse monarchiā Gręcorū:
 Cur non laudi ducimus Wandalorū, Romanis insolentis finem dedisse?
 Transiens autē Odoacer Noricū, benedictionē promeruit Seuerini, uiri in
 alpibus solitarij. quē ex itinere declinās, adire uoluit, ut ex illo cōtectura pre
 disceret: florebat enim inter ceteras uirtutes, spiritu prophetię: unde dice
 bat, uade Odoacer in Italiā, nunc quidē pellibus tectus uilibus, mox mul
 tis multa datur⁹. Cūq; uir procerę stature, ad superliminare caselle, caput
 impēgisset, ait Sanctus: humilis casella, sublime caput magnis multisq; do
 minaturū, non capit. Quieuit autē sub eo annis .XV. Italia: uincit deinde
 a Theoderico Gothorū rege: ad ordinē quem in Suecia memorauim⁹, in
 ter res Gothicas. Sed ex ea digressione non impertinēti, in Aphricā reuer
 tamur. Gensericus regno suo per annos .XLVIII. multa cum laude presu
 it: excepto quod religione Arrian⁹, male habebat Catholicos: quę non tam
 regis, quā doctorū causa fuit, moriens autē, filijs ante per multa instructis, re
 gnū reliquit florentissimum.

CA. XXXVII.

Onoric⁹ patri successit in regnū Aphricę: nulla in re quod ad reli
 gionem pertinet, patre melior: quippe qui eiusdē Arrianę perfu
 dię sectator & defensor fuit acerrimus: initiū regni a crudelitate
 auspicat⁹: nam quibus pater ob etatem pepercit, episcopos catholicos egit
 in exiliū: deinde Synodū euocauit, pōtificates .CCCC. ex quibus .XL. qui
 subscribere noluerūt Arrianę perfidię, misit in exiliū: ecclesias Catholico
 rum per Aphricā iussit claudi, plebē fidelē grauitē insectari, postq; supe
 ratis in consilio, ut ille dicebat, Catholicis, Arriani uicissent. Pax erat in re
 liquo terrarū orbe, Italiam gubernante Theoderico Gothorū rege, Orien
 tis autē Imperiū Constantinopolitanus tranquille administrabat. Africa
 quoq; satis quiescere uidebatur: nisi, quod dixim⁹, Honoric⁹ supra modū
 zelans, quam putauit uerā, sectā Arrianā: multos catholicos episcopos ec
 clesijs suis spoliauit. In plebe linguā preciderat his, qui Arrianā sectam uer
 bis execrarentur. Lamentabile hoc in gētibus exteris, quod fidem Christi am
 bientes, doctores nacti sunt Arrianos: qua impietate semel imbibita, ma
 gnas ecclesię & uiris catholicis diu calamitates intulerūt: diabolo in eis se
 uiente: qui pridem in tyrannis aduersus Christi fidē digrassantibus, tot mi
 lia sanctorū martyrum misit in coelum, Nec minor erat numer⁹ eorū, qui sub
 Arrianis, hoc est, Gothorū Wandalorūq; manibus, ad Christū peruene
 runt: patiente omniū rerū arbitro Deo: ut in sanguine agni multi lauissent
 stolas suas, & cum triumpho martyrij transirent ad immortalitatē: hac in
 re ceteris sceliciores, quod de morte, quā uniuersi nature debemus, ipsi etiā sa
 crificiū Deo facerent. Hic ergo rex pro insigni in sanctos impietate a Deo
 percussus, scatet uermibus, miserabiliter expirās: postq; annos .VIII. post

Wādali pri
 mi exteriorū
 regno in
 ite.

S. Seuerin⁹.

Gensericus
 LXVIII. annis
 regnauit.

Honoric⁹ rex
 Arrianus.

Misit ponti
 ficis in exilium.

Precidit ple
 bi linguam.

Sub Arria
 nis plurimi
 martyres.

Rex scaten⁹
 uermibus ex
 pirauit.

Guntamundus
rex catholicus

patrem regno prefuit Wandalorum in Africa. CA. XXXVIII.

Guntamundus filius eius regnat post eum annis .VIII. hic melior
sensu quam pariter, impietate declinavit: Eugeniū inter episcopos pri-
marium ab exilio reuocauit: & eius consilio rem bene gessit. Erat
autē Eugenius Carthaginensis archiepiscopus. mox ecclesie diu clausę referā-
tur, episcopi catholici ab exilio reuertuntur, noua in Africa lux oriri uisa
est: sed inuidit fortuna rebus Africanis tam bonū diu regē: uix enim an-
nis .VIII. regnū administrabat: & mox ad meliora translatus est regna.
uidebatur potuisse reflorescere Africa sub hoc rege in eum statū, quē tēpo-
ribus Beati Augustini diu habuisset, interruptū ab Genserico Arriano, &
deinde ab eius filio impietatis successore: Sed uoluit Deus exagitatā eccle-
siam suā ad coronā martyrii in filiis euocare: ut crescente martyrum numero
Dei gloria in illis augesceret: quod in Apocalypsi spiritus dixit ecclesijs: Ve-
re terribilis Deus in consilijs super filiis hominum: quę olim per Thebaidē &
Aegyptum his illis temporibus tot milia fouit monachorum, & omnē penē
Africanam legibus subdiderat Christianis: primū exagitari illā sub Arria-
nis permisit: deinde omnē illam prouinciā cum Aegypto & Palestina ad
impijssimos Mahumetanos fecit peruenire: in quorum spurcissimis ritibus
multis seculis, multę pridem Christianismo subiectę, pro pudor pro do-
lor, sorduerunt prouincię. CA. XXXVIII.

Oris & A-
phrica Ma-
hometani.

Tasimundus
rex Arrianus.

Tasimundus frater erat Guntamundi filius Honorici: qui coniugē
haberet Eudoxiam Imperatoris Valentiniani relictā: mirū etati il-
lius quomodo fecerit congruentē, quam auus Genserici Italia &
urbe Roma uolentē extraxit: iam erat graui etate Gensericus cum urbem
Romā uastaret: potuit & filios & nepotes in armis habere, uir septuagena-
rius: cur non filiū quinquagenariū, & nepotē haberet trigeneriū, ut iuue-
cula non male annis congrueret nepotis. Hic rex in eandē qua patres eius
lapsus perfidiā, rursus omnia post fratrem in deterius transformat: redit pro-
scriptio catholicorum, persecutio in omnē plebem fideiū, clauduntur eccle-
sie catholice pacis: Arriani insolescunt, regē nacti impietatis sue defensorē.
Presederat tum Romanę ecclesie uir insignis Symmachus Papa: qui pro-
scriptorum miseratus calamitatē, recipit, fouet, reficit. Fulgentius illo tempo-
re floruit inter prosriptos, episcopus: uir sermone, fide, & uita precipuus.
Tremenda in homines Dei iudicia, qui uocat in regnū eos qui per ignē &
aquā non trepidant ire in refrigeriū: ut qui, quod diximus, Aegyptū per
eam etatē tam multis bonis patribus per Eremū diffusis, insigniuit: Aphri-
cam multorum innocentium sanguine rubricauit: & quod est omnium doloro-
sissimum, nūc in illis terris a multis retro seculis Christianū nomē inuisum
haberi dissimulat: impurissimo Mahumet omnia occupante. Hic ergo rex
multo plures annos in regno durauit, quam regno & ecclesijs par erat. Tanto
autē feruore insectatus est catholicos, ut etiā post se disponere curaret, ne in-
ualescerent: nam moriturus uocatus ad se filiū iuramento constrinxit, ne unquam
catholicis fauorē impenderet: sed patrū suorum religionē, quā ille iustam &
uerā putaret, magnifice quod in se didicisset, tueret: expleuit autē in regno

Symmachus
papa & Ful-
gentius.

Persecutio
in Africa.

Impiū iura-
mentum.

LIBRI PRIMI CA. XL. ET XLI.

annos. XXVI. & fato functus in ea impietate, emigravit: translatus corpore & spiritu ad patres suos.

CA. XL.

Hilderic⁹ filius ei⁹ ex uxore Eudoxia, Imperatoris Romani relicta natus, patri in regnū surrogatur: & quibus iuramentū morienti patri prestitisset de persecuēdis catholicis, meliore tñ mēte secū contulit, q̄ longo post tēpore Romani pōtificis decretū efferebat: In malis, inquit, promissis rescinde fidē, in turpi uoto muta decretū. Catholicos ergo episcopos reuocabat ab exilio: ecclesias dudū a patre claudi iussas, aperuit: & pacē reddidit catholicis: post annos. LXXIII. ex quo Gēsericus proauus eius turbare cōpisset ecclesias. Sed eadē nunc fortuna in optimo rege quē pridē erat: non enim passus est hunc diu regnare insidiator regni Gēlismer⁹ quē uocant alij Gildimerim, octo uix totis annis preerat Hilderic⁹ cū a Gelismero trūcat⁹, perderet. Sed iam regno parabat exitū regnator mūdi, Deus: talem ad scepra permittēs, qui a maioribus quesita, per insolentiā pessundaret: qui regnādi finē Wādalis faceret in Aphrica. XLI.

Hildericus rex.

Hildericus truncatur.

Elismerus, aut, ut alij scribunt, Gildimer⁹, occisor Hilderici, regno potitur: fuitq; in eo aliquādiu, cum Iustinianus legū parens, Imperium teneret orientis: & occidentale adhuc premeret Ostrogothi post Theodericū. Is ergo Imperator circūspiciēs Imperiū misere laceratū, eius restorationi, & perditō recuperationi intēdit: & primum quidē in Persas cōuersus, cum per Bellisariū ducē a se missum rem bene p̄curasset, constituto ad illos fœdere, eundē Bellisariū uirū ingenio acrem, & militaris rei peritissimū, & quod est omnium maximū, in prelijs foelicissimū, mittit ad recuperandā Imperio Aphricā: copias ille suas partim ostendit, maiores tñ in occulto habuit: ne hostis apparatū cernens, maiori sibi conatu occurreret. Carthaginē aut caput regni per insidias petit: nam plauastro rustico aliena specie milites texit: sicq; inuectos, nemine quicq; suspicante, iussit portam introducēdis copijs obseruari. ille cum agmine non aberat longe: processere foeliciter insidię, nihil magnū uerito rege Wādalarū: adiuuit tñ partes Bellisarij uehementer, q̄ pro sua crudelitate cunctis inuisus esset rex iste: omnib⁹ sub quouis q̄ sub illo degere cupientibus, captū perinde regē misit Imperatori Iustiniano: positiq; presidijs ad terrā pro Imperatore gubernādā, p̄fecit idoneos p̄sides. Ita restituta est tertia pars orbis terrarū Imperio Romano post annos quinq; ac centū: ipso Imperatore teste. l. i. in prin. C. de p̄se. p̄. Aphri. Hanc aut Wādalicę gētis mētionē, a nostris antea nunq; habitā: & ab Italis quę fuerit ea Wādalarū gens, & unde uenerit, ex professo sit ignoratū, libēs inserui. Non tñ usq; adeo Wādalarū in Aphrica uires cōfractę sunt primo bello a Bellisario, quin eo copias extra prouinciā ducēte rebellarit. Gūtari⁹ inter primores animo & manu p̄ptior, ausus est post hec regiū nomē assumere, suos ad rebellionē cōcitauit: sed iam consenuit prisca illa uis gentis, sub molliore interim cœlo emollita: quippe cum exercitu regressus idem Bellisarius, facile compressit excitatos motus: cum enim iam teneret expedita agmina, quę duceret in Gothos in Italiam: auditis Aphricę motibus, in eam primū deflexit: & cōpressis qui

Gelismerus rex.

Bellisarius in Aphricā

Indiæ in plauastro.

Rex inuisus cunctis.

Aphrica restituta Imperio Ro.

Wandali in Aphrica rebelles.

Bellisari⁹ cōpressit mot⁹

rebellionē instituerāt, pacatā reliquit prouinciam: iam enim gens imperiis affueuit alienis: & deinde quieta manēs, in reliquū etiā nomē amisit: nemo enim Wādalici sanguinis deinde recordatur: omnes se Aphricanos habere, qui in Aphrica intra .CV. annos sunt exorti.

FINIT LIBER PRIMVS

INCIPIT LIBER .II.

Wādali quę
runt nouas
sedes.

Sedes patrię
Wādalorū.

Wandali in
Germania
magna.

Bohemi in
Hercynia.

Hunorū socij
Bohemi.

Frāci & Wā
dali socij.

• Eruentū est ad ea tēpora in cōmemoratione rerū Wandalicarum, quibus ea gens nouis etiā tunc sedibus quęrendis intenderat minuēde multitudinis causa: ita enim agente rerū natura, & eius gubernatore Deo, gens multiplicata est: ut non terra caperet, non alerent agri populum suū. Igitur cum Romano Imperio Maurici^o, Imperator Constantinopolitan^o preesset: gens Wādalorum, quam omnes iam usitato uocabulo Sclauonorū uocāt, partim Bohemia, & Slesia, partim subiectis ad Danubiū terris sparsa, in Dalmatiā, Croatiā, & Histriā, sese diffuderat: cuius rei testes in principio operis acciuimus: ut fabula Bohemorū de sua antiquitate coarguatur, contēdentiū suę gentis originē esse ex Croatia per Zethum: lōge enim uetustiores in sua prouincia sunt Bohemi quę rentur ipsi: nam illorū & Ptolomeus & Tacitus recordant: alter sub Traiano, alter sub Hadriano Romanis Imperatoribus scribentes. Mirū uero debet uideri unde tanta gentis Wādalicę irrepsit ignorantia: quę tam late fusa per Germaniam magnā, sicut est hodie, sic fuit ab olim: & tñ Italicorū eam nemo attigit: nisi quantū ad eam pertinet expeditionem, quam, ut prędiximus, tertiā terrarū orbis partē in Aphricā occupādam fecere: & supra centum annos prouinciam, regno tenuere. Sub imperio uero Mauricij Imperatoris, quod dicere cępimus, ad annum Domini DLXXXIII, iam primum Sclauinę gentis (quę ipsa Wādalica est, quod neq; Blondus, neq; docti alij inter Italcios aduertere) mentio incidit: quę ea Hunos fortissimū gen^o hominū, quod in Pannonijs ripā a nobis ulteriore Danubij, a memoria Attilę truculētissimi regis accolebat, est tutata. nam Mauricius Imperator misso in expeditionē filio ac socero, Hunos uehemēter urgebat: ut iam aliqñ regredi in regionē suam meditarētur: tñ ad proximam Sclauorū, ut ait Blondus, hoc est Wandalorū gentē, quę non alia quę Bohemorum fuit intra Hercyniā habitās, cōuersa, auxiliū implorauit & impetrauit. Nam a ripa Danubij ulteriore abierāt pridē Wandali in Gallias: ex eadem Odoacer mouit in Italiā. Ergo quos inuocauere Huni non erant nisi Bohemi, & qui proxima eis loca tenuerūt, uno sermone, iisdem moribus, Wandali. Hic uide quale fuerit, Hunorū nationem pene integris Romanis uiribus terribilē, in fidē ac defensionē Sclauorū, hoc est, Wādalorum conuolasse: societateq; eosdem Wandalos inisse cum Francis, qui nunc Franciones, cūq; Bauaris, quos Baioarios ueteres, & alij Auares dixe-